SACRUM CHRONICON SIVE ARBOR GENEALOGIAE...

Jacobus Philippus Caepollinus,
Josè Maria Fonseca de Evora

Digitized by Google

37
21 C
8

Digitized by Google

SACRUM
CHRONICON
SIVE
ARBOR GENEALOGIÆ
PATRIARCHARUM
VETERIS TESTAMENTI

[redacted]

BIBL. FONSEC. ARCHIEP. LITT.

Digitized by Google

Digitized by Google

SACRUM
CHRONICON
SIVE
ARBOR GENEALOGIÆ
PATRIARCHARUM
VETERIS TESTAMENTI

Regum, atque Principum, & ex iis Progenitorum JESU CHRISTI Domini Noſtri notitia, cum indice Regnorum, ac Monarchiarum Origine, & adnotatione aliarum multarum ab exordio Mundi uſque ad quadrageſimum ſecundum annum Imperii Cæſaris Octaviani Auguſti, cum multis inciſis Tabulis

EX SACRA SCRIPTURA

Et R. P. JACOBO TIRINO, R. P. AUGUSTINO CALMET, necnon R. F. FRANCISCO PETRONIO, ac R. P. AURIEMMA

BREVITER EXPOSITA

A R. D. JACOBO PHILIPPO CÆPOLLINO

Lunen. Sarzanen. Diœceſis, Confeſſario in Eccleſia, & Alumnô in Domo SSmæ Trinitatis Peregrinorum in alma Urbe.

ROMÆ, MDCCXXXIX.
Typis Hæredum Ferri propè Pantheon Sumptibus Generoſi Salomoni.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

37-21-C-8

Digitized by Google

Illmo, & Rmo Dno, ac Patrono Colendiſſimo

D. GEORGIO AB AURIA

Utriuſque Signaturæ Referendario, & Prælato Domeſtico SS. D. N. Papæ Clementis XII. Gubernatori Generali Civitatis Aſculanæ, &c.

Generosus Salomonius
In humillimi obſequii teſtimonium.

QUUM Sacrum Chronicon, ſive Arborem Genealogicam Patriarcharum Veteris Teſtamenti, qui Progenitores fuere Domini Noſtri JESU CHRISTI ſe-

cundum Carnem, nuper a Viro docto, & erudito adornatam, Typis meis vulgare conſtituiſſem, non abſre, Præsul Illustrissime, Te potiſſimùm delegi, cui Opus inſcriberem. Nobiliſſimo ſiquidem generi, tot eximiis honorum, ac Dignitatum gradibus in Italia, & tota Europa præclaro, eam Religionem, ac morum probitatem conjungis, qua præcipuè ſpectaris: nec immeritò talis haberis, qui cæteris ad veræ pietatis cultum, & exercitationem exemplum proponaris. Porrò autem inter Sacrarum Literarum monimenta, quæ Chriſtianam pietatem maximè juvant, & fovent, ea cum primis eſſe, quæ ad Salvatoris noſtri Genus, & Sacratiſſima humanæ Redemptionis Myſteria pertinent, latet neminem. Hoc autem fit, ut oblatum munus acceptiſſimum Tibi fore non dubitarim: ſimulque eò libentius expetitum dicato Operi patrocinium Te impertiturum, quo gratiùs, & venerabilius ipſius eſt argumentum. Ad hæc of-

ficia depoſcenda, Præses Nobilissime, magis magiſque incitarunt tot aliæ illuſtres Animi Tui dotes, quæ in quadrienniali Vice-Legatione Bononienſi. in regimine Aſculanæ Civitatis, aliisque a Te hactenus benè geſtis publicis muneribus, ab univerſis ſpectatæ, conſtanti omnium laude, ac prædicatione celebrantur. Accedet hoc novum tantæ Virtuti teſtimonium, quod perpetuis etiam Literarum monimentis conſignatum, illuſtriorem ſeræ poſteritati memoriam conſervabit.

Digitized by Google

I M P R I M A T U R

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

Philippus Spada Archiep. Theodoſiæ Viceſ.

APPROBATIONES

EX commiſſione, & mandato Rm̃i P. M. Joannis Benedicti Zuannelli Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri vidi librum, cui Titulus -- *Sacrum Chronicon, ſive Arbor Genealogica veteris Teſtamenti &c.* Authore Rev. admod. D. Jacobo Philippo Cepollini. Cumque in eo nihil repererim aut rectæ, & Orthodoxæ Fidei, aut bonis moribus repugnans, immò potius ſacram eruditionem: attenta præſertim Authoris proteſtatione in principio Libri, prælo dignum exiſtimo. Die 21 Februarii 1738.

Fr. Euſtachius a S. Maria Ord. Carm. Diſcalceat. Sac. Congr. Rit. Conſ. & Sac. Sup. Univerſ. Inquiſ. Qualificator, & Academiæ Theolog. Romanæ Cenſor.

LIbrum, cui titulus -- *Sacrum Chronicon, ſive Arbor Genealogica veteris Teſtamenti, Regum atque Principum, & ex iis Progenitorum JESU CHRISTI Domini Noſtri notitia &c.* -- Authore R. D. Jacobo Philippo Cepollino, juſſu Rm̃i Patris Joannis Benedicti Zuannelli Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri, ſingulari voluptate attentè luſtravi; ac in eo nihil offendi Orthodoxæ Fidei, vel bonorum morum regulis diſſonum, aut a veritate devium, quinimmò libenti animo excepturos opinor eos, qui Sacrorum Librorum ſtudio delectantur. In publicam igitur utilitatem typis dandum reputo: hac die 21. Februarii 1738. ex Conventu S. Mariæ de Scala.

Fr. Cherubinus à Conceptione Carmelita Excalceatus Sac. Scripturæ, ac Theologiæ Profeſſor.

I M P R I M A T U R

Fr. Nicolaus Ridolfi Ordinis Prædicatorum Sac. Pal. Apoſt. Magiſt.

Digitized by Google

AD BENIGNUM LECTOREM ENARRATIO.

EA, quæ in Sacris Scripturis habentur de Domini Noſtri Jeſu Chriſti Genealogia manifeſtè indicant, ipſum directè, & ſecundum carnem è Tribu Juda, & Regia Stirpe David, ac Salomonis originem traxiſſe. Satis enim apertè Scripturæ verba ipſum è genere Salomonis oriturum pronunciant. Ex tali enim ſtipite ortum eſſe conſtat ex Evangelio S. Matthæi, ubi habetur: *Jacob autem genuit Joſeph*. Siquidem iſte Jacob, cujus Evangeliſta filium eſſe Joſeph aſſerit, fuit filius Matthanis de linea Salomonis. Neque obſtant ea verba, quæ in Evangelio Lucæ leguntur: *Joſeph, qui fuit Heli*, quia Heli de Salomonis linea non fuit. Etenim ſequendo opinionem Julii Affricani apud Euſebium *l.* 1. *Hiſt. Eccleſ. cap* 7. S. Ambr. *l.* 4. *in Lucam*, S. Hier. *in Com. D. Matth*, S. Jo: Damaſc. *l.* 4. *de Fide cap.* 15. *& or.* 53. *de Nat. Virg.* Nanzianz. *in carmine de Genealogia Chriſti.* Niceph. *l.* 1. *cap.* 11. S. Auguſt. *l.* 2. *retract. cap.* 7. *&* 12 S. Thom. 3 *part. q.* 13. *ar.* 7. *& aliorum*. S. Joſeph duos habuit Patres, unum naturalem, ſcilicet Jacob, legalem alterum, ſcilicet Heli. Siquidem Heſtha prius nupſit Matthani ſupradicto de linea Salomonis, & genuit Jacob, ac Stolanum Patrem S. Annæ: deinde mortuo Matthane, nupſit Mathat de alia linea, genuitque Heli. Itaque Jacob, & Heli erant Fratres uterini, *teſte Julio Africano, & Præſule Nazianzeno*. Cum autem vita exceſſerit Heli ſine Liberis, Jacob accepit illius Uxorem, cum qua genuit Joſeph. Itaque *Divus Matthæus* de naturali loquitur Patre, de legali loquitur *S. Lucas*, quod ex verbis ipſis Evangeliſtarum eruitur. Utitur S. Matthæus verbo *genuit*, quod naturalem ſignificat generationem, neque de alio Patre intelligi poteſt, quàm de naturali. Utitur verbo *fuit* S. Lucas, & ſcripſit de S. Joſepho: *qui fuit Heli*, quod verbum *fuit* etiam de Patre legali intelligi poteſt, & legalem Patrem ibi ſignificare. Ideoque cum S. Lucas ſcribit de S. Joſeph, *qui fuit Heli*, ideſt de Familia illius, atque hæres, ut ſatis explicat D. Auguſtinus *l.* 2. *retract. cap.* 12. Hæcque eſt antiquorum Patrum ſententia Juſtini *q.* 131. *ad gent. & q.* 133. & aliorum ſupra narratorum.

rum. Firmiter ideo tenendum eſt, Joſephum fuiſſe filium naturalem Jacob, filii Matthanis de linea Salomonis, adeoque Jeſum deſcendiſſe de eadem linea.

Negabit autem quis, ex D. Matthæi verbis inferri, quod Jeſus è Salomonis Stirpe originem traxerit. Siquidem D. Matthæus videtur Progenitores Joſephi, non autem Mariæ Progenitores enarraſſe. Cum autem Jeſus ex intacta Virgine Maria natus ſit, & non opera S. Joſephi, ſed virtute Spiritus Sancti conceptus, ex hoc, quod Joſeph ex Regia Salomonis Stirpe originem traxerit, non ſequitur Jeſum ex eadem Stirpe originem traxiſſe. Cui objectioni, ut ſatisfiat intelligendum eſt, more poſitum non fuiſſe apud Hebræos generationum Catalogum per Fœminas texere, ut notat S. Chryſoſtomus *Matthæi* 1., cui accedit Euthimius, & Theophylatus, nec non S. Joannes Damaſcenus *l.* 4. *de Fide cap.* 15., ſed ex Genealogia Viri, Uxoris quoque agnoſcebant. Hoc autem ea ratione, quia lege cautum erat, ne Viri unius Tribus, ac Cognationis Uxores ex alia Tribu, & generatione ducerent. Lex *Num.* 36. hæc erat. *Omnes Viri ducent Uxores de Tribu, & Cognatione ſua, cunctæ Fœminæ de eadem Tribu Maritos accipiant, ut hæreditas permaneat in Familiis, ne ſibi miſceantur Tribus.* Ad quam legem magis tenebantur illæ Fœminæ, quæ Patrum hæreditatem adibant, quibus omninò illicitum erat alteri Tribu nubere, nè hæreditates permiſcerentur. Quapropter cum Virgo Deipara eſſet Unigenita, hæreſque Patris ſui Joachim, nupſit Joſepho Viro ſuæ Tribus, atque Familiæ imo ſuo Patruo, Fratrique Patris ſui, ne hæreditas ad aliam Tribum tranſiret. Itaque cum ex Evangeliſtæ dictis conſtet Joſephum deſcendere ex Tribu Juda, & Davidica Familia per Salomonis lineam; conſtat pariter ex eadem Tribu, & Familia Deiparam quoque deſcendere. Quod perpendens Teophylatus ſcripſit: *Joſephi poſita Genealogia manifeſtum eſt, quod colligat Evangeliſta Genealogiam Matris Dei; nam ex eadem plane Tribu, & Familia erat Mater Dei; atque ita obſervavit Evangeliſta legem præcipientem, non ponendam Genealogiam Mulierum, & nihilominus Genealogiam Matris Dei poſuit.* Et D. Hieronymus: *Ex una Tribu fuerunt Joſeph, & Maria, qui ex lege eam accipere cogebatur, ut Propinquam, nec minus quam Neptam.* Quibus cohæret Euſebius *l.* 2. *hiſt.*


cap. 7. Ideoque Evangeliſta Genealogiam exponens Divi Joſephi, eo ipſo Beatiſſimæ Virginis Genealogiam expoſuit, & ſatis demonſtravit, undè Chriſtus ex eadem Virgine natus originem traxit.

Ut verò clariùs innoteſcat B. Virginem, ac S.Joſephum ejus Sponſum fuiſſe ex eadem Familia, ſciendum eſt, ex S. Joanne Damaſceno *de Fide cap.* 22. *n.*7. haberi, quod Parentes S. Joachim Patris Genitricis Dei dicebantur *Barpanther*, ac *Panther*. Notat *Auguſt. Calmet in fine Diſſertationis de Generatione Jeſu Chriſti*: hæc duo nomina nunquam placuiſſe Julio Africano, cæteriſque Veteribus tanquam ſine Evangelii fide, in quo nihil tale legitur, nec haberi poſſe, niſi Cognomina reputentur. Dicendum itaque Cognomina fuiſse Matthanis, & Jacob, ac hujuſmodi Cognomen *Panther* fuiſſe proprium totius eorum Familiæ, & ſub eo venire Matthanem Genitorem Jacob: hoc autem cognomine *Barpanther*, ideſt *Filius Panther*, nominari Jacob Filium Matthanis, ac Patrem S.Joachim Virginis Deiparæ Genitoris. De quibus Matthane, & Jacob loquitur D. Matthæus dicens: *Matham autem genuit Jacob*. Imò hoc etiam Cognomine *Panther* Emus Card. Baronius *Appar. ad Ann. n.* 2. ex S. Epiphanio nominat dictum Jacob tanquam cognomine hujus Familiæ. At Panther erat Cognomen Familiæ S. Joſephi; cum eodem ſignatos inveniamus tum Joſephum, tum Cleopham Patrem ipſius a *S.Epiphanio Her.*66. *Hic Ioſeph Frater Cleophæ qui Panther cognominabatur*. Inſuper S. Joſeph *Panther* ab ipſis Hebræis dicebatur: nam P. Cancellottus refert, unam ex pluribus blaſphemiis Hebræorum in Dominum Jeſum fuiſse: non de Spiritu Sancto eum eſſe conceptum, ſed ex quodam *Panther*, ideſt operâ S. Joſephi. Ita pariter Origenes contra Celſum *cap.*2. Ergo S. Joſeph, & Deipara ejuſdem fuere Familiæ, & conſequenter clariùs apparet, quod Evangeliſta Matthæus Genealogiam enarrans D. Joſephi, Genealogiam quoque B. Virginis enarraverit, necnon Domini Noſtri Jeſu Chriſti ex ea nati, & de Spiritu Sancto concepti. Joachim enim, qui a D. Damaſceno dicitur Filius *Barpantheris*, Filius fuit Primogenitus Jacob, & Frater Cleophæ, ac S. Joſephi. Jacob ex prima Uxore genuit Joachim, & Cleopham; ex ſecunda, quæ prius fuit Heli, S. Joſephum; unde Joſeph erat Patruus Deiparæ Mariæ. Erat etiam

Conſobrinus eidem Virgini, quia Mattham genuit Jacob, & Stolanum, ſive Gazirum, Stolanus S. Annam, S. Anna Virginem Matrem Jeſu, ac Sponſam S. Joſephi. Quibus poſitis firmum remanet, eumdem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum per rectam lineam originem traxiſſe è Tribu Juda ex Regia Stirpe David, & Salomonis juxtà Evangelium Matthæi, ac ſecundùm carnem fuiſſe ultimum Patriarcham, ultimum Ducem, ultimum Regem Jeruſalem, ac Deum Patrem dediſſe illi Sedem David Patris ejus, juxtà Archangeli promiſſionem ad Virginem. Et hęc ſatis. Proteſtor tamen, quod circa ea, quæ in hoc Chronicon expono, maximè quæ non continentur in Sacris Codicibus, me aliam fidem non exigere, quàm humanam, quæve debetur Auctoribus, ac Scriptoribus, a quibus deſumpta fuere. Proteſtor etiam me in illo delineando totum ad ſtipitem principalem incubuiſſe, non autem ad Filios, atque Collaterales, qui penè innumerabiles fuerunt, & ad ornatum, atque pulchritudinem tantùm poſiti ſunt; eorum verò uberiorem cognitionem ex Sacro Codice eruere poteris. Vale.



Digitized by Google



T1.

Digitized by Google

SACRUM CHRONICON
SIVE
ARBOR GENEALOGIÆ PATRIARCHARUM
Veteris Teſtamenti, & ex his Prognati Dñi Noſtri JESU CHRISTI.

CREAVIT Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, ad imaginem Dei creavit illum. *Gen.c.*1. Formavit igitur Dominus hominem de limo terræ & inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem. *Gen. c.*2. Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam, cumque obdormiſſet tulit unam de coſtis ejus, & replevit carnem pro ea. Et ędificavit Dominus Deus coſtam quam tulerat de Adam in Mulierem, & adduxit eam ad Adam. Dixitque Adam: Hoc nunc eſt os de oſsibus meis, & caro de carne mea *Gen. c.*2. Et vocavit Adam nomen Uxoris ſuæ Heva, eo quod Mater eſſet viventium. *Gen.c.*3.

PRIMA ÆTHAS MUNDI AB ADAM USQUE AD NOE.

A.M.

13 Nativitas *Cain*. Poſtquam Adam, & Heva ejecti fuerunt a Paradiſo operam dederunt generationi. *Adam vero cognovit Uxorem ſuam Hevam, quæ concepit, & peperit ei Cain dicens: Poſſedi hominem per Deum. Gen.*4.

30 Nativitas *Abel*. Poſt ortum Cain, & Sororis Calmana Adam genuit Abel: *Rurſumque peperit fratrem ejus Abel, qui fuit Paſtor Ovium. Gen.*4.

99 Cain occidit Abelem: *Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Gen, c.*4.

130 Nativitas *Seth*. Seth II. Patriarcha naſcitur an. Patris ſui Adæ 130. *Cognovit quoque Adam Uxorem ſuam & peperit Filium, vocavitque nomen ejus Seth*, dicens: *Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Gen. cap.*5. *verſ.*3.

235 Nativitas *Enos*. Enos III. Patriarcha ex linea Lucę naſcitur An. Patris ſui Seth 105. *Vixit quoque Seth* 105. *annos, & genuit Enos. Gen. c.*5. *verſ.* 5.

325 Nativitas *Cainan* IV. Patriarchæ ex linea Lucæ naſcitur An. Patris ſui Enos 90. *Vixit verò Enos* 90. *annis & genuit Cainan Gen.* 5.

395 Nativitas *Malaleel* V. Patriarchæ ex linea S. Lucæ fuit An. Patris ſui Cainan 70. *Vixit quoque Cainan* 70. *annis & genuit Malaleel Gen.*5.

Nati-

460 Nativitas *Jared* VI. Patriarcha ex linea Lucæ An. Patris ſui Malaleel *65.* *Vixit autem Malaleel 65. An. & genuit Jared. Gen. 5.*

622 Nativitas *Henoch* VII. Patriarchę ex linea Lucæ, fuit Anno Patris ſui Jared 162. *Vixit Jared 162. annis, & genuit Henoch. Gen. c. 5. v. 18.*

687 Nativitas *Mathuſala* VIII. Patriarchæ ex linea Lucæ *cap. 3. & Gen. cap. 5. v. 71. Porro Henoch vixit 65. annis, & genuit Mathuſalam.*

874 Nativitas *Lamech* IX. Patriarchę ex linea Lucæ *cap. 3. & Gen. cap. 5. Vixit quoque Mathuſalam* 187. *annis, & genuit Lamech.*

930 Mors Adæ, *& factum eſt omne tempus, quod vixit Adam, an.* 930. *& mortuus eſt. Gen. cap. 5. verſ. 5.*


940 Mors Hevæ. *Genebr. l. 1. Chron.*

987 Translatio Henoch Patriarchæ. *Et facti ſunt omnes dies Henoch ann. 265. ambulavitque cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus. Gen. cap. 5. verſ. 23.*

1056 Nativitas *Noe* X. Patriarchæ ex linea Lucæ. *Noe, qui fuit Lamech,* Luc. 3. *& Gen. cap. 5.* 28. *&* 29. *Vixit autem Lamech* 182. *annis, & genuit filium, vocavitque nomen ejus Noe: iſtæ conſolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum noſtrorum in terra, cui maledixit Dominus.*



Sen-



NOE
Lamech
Mathuſala
Henoch
traſlatus
Jared
Horum poſteri omnes
perierunt
aquis diluvij
Tubalcain
Noema
Jabel
Jubal
Sella Uxor
Lamech
Ada Uxor
II.


Digitized by Google

10

In.T

Digitized by Google


Saba
Dadā
Nephth-uim
Chaſluim
Sidon
Hevæus
Regma
Sabat achs
Laabim
Amorrh-eus
Aracęus
Sinęus
Anamim
Sabat ha
Hethęus
Aradius
Jebuſeus
Ludim
Samarę-us
Nemb-rod
Phut
Amat-heus
Hevila
Meſrahi
Chanaan
Saba
Chus
CHAM
EM
JAPHE TH
NOE
1656. fuit univerſale diluvium.


Aſcenez
Riphath
Thogor ma
ex quo Dani et Holſotii
Gomer
Magog
ex quo Getæ, ſeu Sarmatæ
Madai
Eliſa
Tharſis
Cet thim
Dodanim
Græcorum Pater
Javan
a quo Iberi
Thubal
Moſoch
ex quo Moſchi in Sarmat.
Thiras
ex quo Traces & Tyriones
Japheth
IV

Digitized by Google

3536 Sententia, & publicatio Diluvii. *Cumque cæpiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent, videntes filii Dei filias hominum quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi uxores ex omnibus, quas eligerant. Gen. c. 6. verſ. 1. & 2.*

1556 Nativitas *Japheth* anno Patris ſui Noe 500. *Genebrar. in Chron.*

1557 Nativitas *Cham* anno Patris ſui Noe 501. *Genebr.*

1558 Nativitas *Sem* Patriarchæ XI. anno Patris ſui Noe 502. *Genebr.* qui, & Melchiſedech Sacerdos Dei Altiſsimi creditur fuiſſe. *S. Hieron. in Epiſt. ad Evangrium.*

1656 Mors Matuſalem. *Et facti ſunt omnes dies Matuſalem 969. & mortuus eſt. Gen. cap. 5. 27.* Septem ſcilicet diebus antè diluvium juxta Hebræorum traditionem.


Ingreſsio Noe in Arcam. *In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe & Sem, & Cham, & Japheth filii ejus, uxor illius, & tres uxores filiorum ejus cum eis in Arcam. Gen. cap. 7. verſ. 17.*

1657 Egreſſus Noe, ejuſque Familiæ, omiumque animalium ex Arca. *Gen. cap. 8. verſ. 18.*

1658 Nativitas *Arphaxad* XII. Patriarchæ ex linea Lucæ *c.*3. naſcitur anno Patris ſui Sem 100. *Sem erat* 100. *annorum, quando genuit Arphaxad biennio poſt Diluvium Gen. cap.* 11. *verſ.*10. *Vixitque* 338. *annis & mortuus eſt Anno Mundi* 1996.

1693 Nativitas *Cainan* XIII. Patriarchæ ex linea Lucæ *cap.*3. Cainan, qui fuit Arphaxad. *Qui poſt annos* 460. *vitæ ſuæ mortuus eſt A. M.* 2153. *Gen.*11. *verſ.*10.


1723 Nativitas *Sale* XIV. Patriarchæ ex linea Lucæ. *Sale, qui fuit Cainan anno Patris ſui* 30. *qui vixit annis* 433. *& mortuus eſt A.M.* 2156. *Gen.*11.


Genuit filios, & filias
Sale
H ul
Gether
Us
Cainan
Mes
Genuit filios, & filias
Aram
Lud
Arplaxad
Aſſur
Ælam
SEM ſeu Melchiſadech.
Genuit filios, & filias.

Digitized by Google



Digitized by Google


Decla
Abima-el
Iobab
Adurã
Ebal
Saba
Uzal
Iare
Ophir
Saleph
Aſarm-oth
Elmod-ad
Hevila
Ieſtan.
Sarug
Genuit filios, & filias.
Reu vel Ragau
Genuit filios, & filias.
Phaleg
Genuit filios, & filias.
HEBER
Pater Hebræorum
Genuit filios, & filias.

VI.

1753 Nativitas *Heber* XV. Patriarchæ, qui fuit anno Patris ſui Sale 30. *Sale quoque vixit* 30. *annis*, *&* *genuit Heber Gen.* 11. 14. *Vixitque annis* 464. *& mortuus eſt A. M.* 2217. *Gen.* 11.

1769 Ædificatio Sanctæ Civitatis Jeruſalem a Melchiſedech filio Noe, facta anno ætatis ſuæ 211. poſt diluvium 113. *Villapandus tom.* 1. *p.* 1. *l.* 1. *c.* 12. *&* 13. *Apparat. Urbis Jeruſ. & Nicolaus Dogl. in Chronol. Mundi*.

His temporibus creditur Janus filius Japheth ædificaſſe Civitatem Lunæ, ſivè Carrariæ in finibus Hetruriæ propè flumen Macræ: *quare Marcus Cato in ſuo libro de rebus antiquis Mundi illam ponit inter duodecim Colonias ab ipſo Jano conſtructas*.

1787 Nativitas *Phaleg* XVI. Patriarchæ ex linea Lucæ, naſcitur anno Patris ſui Heber 34. *Vixit autem Heber* 34. *annis & genuit Phaleg Gen. c.* 11. 16. *& Luc.* 3. *Phaleg, qui fuit Heber*. *Vixit quoque Phaleg* 239. *annis*, *& mortuus eſt Gen. cap.* 11. 19.

Eodem anno, quo natus eſt Phaleg, qui fuit 131. poſt diluvium Nembrod, qui & Belus filius Chus, & Pater Nini cæpit ædificare Civitatem & Turrim Babel. *Teſte Anniano lib.* 4. *&* 5. *Antiq. Chal. Euſeb. in exord. ſui Chron. & S. Aug. l.* 4. *de Civit. Dei cap.* 4. *&* 17.

1817 Nativitas *Reu*, ſeu *Regau* XVII. Patriarchæ ex linea Lucæ *c* 3. *Reu*, *qui fuit Phaleg*: anno Patris ſui Phaleg 30. *Vixit quoque Phaleg* 30. *an. & genuit Reu*. *Gen. c.* 11. 18. *Vixit quoque Reu* 239. *an. & mortuus eſt Anno Mundi* 2056.

1849 Nativitas *Sarug* Patriarchæ XVIII. ex linea Lucæ *c.* 3. *Sarug, qui fuit Reu*: anno Patris ſui Reu 32. *Vixit autem Reu* 32. *annis*, *& genuit Sarug Gen.* 11. 20. *Vixit quoque Sarug annis* 230. *& mortuus eſt anno Mundi* 2070. *Gen.* 11. 23.

1870 Confuſio Linguarum, & diviſio Gentium. *Venite igitur*, *deſcendamus & confundamus ibi linguam eorum*, *ut non audiat unuſquiſque vocem Proximi ſui*. *Atque ita diviſit eos Dominus ex illo loco in univerſas Terras*, *Gen.* 11. 7. *&* 8.

Exordium Imperii Aſſyriorum in Nembrod, ſeu Belo. *Teſte Ugone a S. Victore in annot. in Gen.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

1879 Nativitas *Nathoris* Patriarchæ XIX. ex linea Lucæ *cap.* 3. *Nachor*, *qui fuit Sarug*, naſcitur anno Patris ſui 30. *Vixit verò Sarug* 30. *annis*, *& genuit Nachor Gen.* 11. 22. *Vixitque Nachor* 148. *annis*, *& mortuus eſt anno Mundi* 2027. *Gen.* 11. 27.

Per idem tempus, teſte *Beda de rat. temp. cap.* 18. incepit Regnum Ægyptiorum ex Heſraim filio Cham. Quapropter non ſemel in Sacris Litteris Ægyptus vocatur terra Cham. *Pſal.* 77. 51., 100. 23.

1904 Initium Regni Syciniorum ab Ægialæo, à quo Ægialæa nuncupata eſt, quæ nunc Peloponeſus vocatur *Euſeb. in Chron.* Quod Regnum duravit annis 962., ideſt uſque ad Mundi 2866., qui concurrit cum annis 27. Præfecturæ Heli Judicis Hebræorum; habuitque Reges 26. *idem Euſeb. in Chron.*

1908 Nativitas *Thare* Patriarchæ XX. ex linea Lucæ *cap.* 3. *Thare, qui fuit Nachor* anno Patris ſui Nachoris 29. *Vixit autem Nachor* 29. *annis*, *& genuit Thare Gen. cap.* 11. 24. *Vixitque Thare* 205. *annis*, *& mortuus eſt anno Mundi* 2112. *Gen.* 11. 32.

1925 Ædificatio Civitatis Drepani in Sicilia facta à Cham filio Noe, teſte *Leonardo Orlandino in ſua Drepani deſcriptione*.

1935 Hoc anno Ninus, mortuo patre ſuo Nembrod, ſive Belo ſuſcepit Regnum Aſſyriorum. *Ita Euſebius in Chronic.*

His temporibus reſtaurata fuit Ninive prius ædificata ab Aſſur. *Gen. cap.* 10. 11. *Egreſſus eſt ex terra Sennear Aſſur*, *& ædificavit Niniven*. Civitas ergo Ninive ædificata fuit ab Aſſur filio Sem, tertio Noe filio, quæ poſtea à Nino Rege reſtaurata eſt, & ab eo Ninive dicta eſt, fuitque indè Sedes Regum Aſſyriorum. *Petron. lib.* 2.


1959 Nativitas *Aran* fratris Abrahæ anno Patris ſui Phare 50. Ita exponunt ſuper illa verba. *Gen.* 11. 26. *Vixitque Thare* 70. *annis genuit Abraham*, *& Nachor*, *& Aran*. *Toſtatus Gen.* 11. *q.* 19., *& ad reſp. q.* 32. *Lippamanus in catena ſuper Gen. cap.* 11., *& alii*. Habuitque Aran duas filias, Sarai nempè, ſeu Jeſcham, & Melcham, Sarai nupſit Abrahæ, & Melcha nupſit Nachor. *Gen.* 11. 29. & in hunc teſtum *S. Hieronym.*, necnon *S. Auguſt. l. d. C. D. cap.* 12. *&* 19.

Nativitas *Nachor* fratris Abrahæ anno Patris ſui Thare 60. *Sic Toſtatus*, *& alii*, *ubi ſupra*.

1970 Ædificatio Civitatis Panormi ab Eliſa Primogenito Javam Nepote Japheth Pronepote Noe, ex quo orti ſunt Græci, qui dicti ſunt Æoles, anno Mundi 1976. *Marianus Valguarnera in ſuo Panormo antiquo*.


Na-

16




VII.

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google



VIII.

Digitized by Google

T E R T I A M U N D I Æ T A S

Numeratur a Nativitate Abrahę Patriarchę uſque ad ortum David Regis, & Prophetę.

1978 Natalis *Abrahæ* Patriarchæ XXI. ex linea Lucæ, & I. ex linea Matthæi naſcitur anno Patris ſui Thare 70. *Vixitque Thare 70. annis, & genuit Abram. Gen.* 11. 26., cui Deus mutavit nomen Abràhæ, quod interpretabatur a Patribus Pater excellens, deditque nomen Abrāhæ, ideſt Pater multitudinis *Gen. cap.* 17. 5. *Nec ultra vocatur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham, quia Patrem multarum gentium conſtitui te.*

1987 Mors Nini Regis Aſſyriorum, cui ſucceſſit Semiramis Regina III. teſte *S. Auguſtino lib.* 18. *de Civ. Dei cap.* 2.

1988 Nativitas *Sarai*, quæ & Sara, & Jeſca anno Patris ſui Aran 30., *ita Abulenſis Gen.* 11. *q.* 27., cui pariter Deus nomen Sarai, quod interpretatur Domina mea, mutavit in Saram. *Dixit quoque Deus ad Abraham, Sarai uxorem tuam non vocabis Sarai, ſed Saram. Gen. cap.* 17. 16.

2008 Mors Patriarchæ Noe. Cum explevisset 950. annos, ideſt 60. antè, & 350. poſt diluvium. *Vixit autem Noe poſt diluvium* 350. *annis, & impleti ſunt dies ejus* 950. *annis, & mortuus eſt. Gen. c.* 9. *in fine.*

2029 Mors Semiramidis anno ſui Imperii 42., cui ſuccedit Zameis, qui & Ninias Rex IV., *ut tradit Euſebius in Chron.*

2053 Egreſſio Abrahæ de Caldea, cui Dominus magna ſpopondit. *Dixit autem Dominus ad Abraham, egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo Patris tui, & veni in terram, quam monſtrabo tibi. Faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eriſque benedictus &c. Gen.* 17. 1.

2064 Nativitas *Iſmaelis* anno Patris ſui Abrahæ 86. Peperitque Agar Abrahæ filium, & vocavit nomen ejus Iſmael. Octoginta, & ſex annorum erat Abraham, quando peperit ei Agar Iſmaelem. *Gen.* 16. 15.

2067 Moritur Ninias, & Arius Rex V. aſſumitur ad Regnum Aſſyriorum. *Euſeb. in Chron*

2077 Inſtitutio Circumciſionis anno 99. vitæ Abrahæ. *Poſtquam verò nonaginta, & novem eſſe cœperat apparuit ei Dominus, dixitque ad eum &c. Hoc eſt pactum, quod obſervabitis inter me, & vos, & ſemen tuum poſt te, circumcidetur ex vobis omne maſculinum &c. Gen. cap.* 17. 1., & 10.

Per idem tempus nonaginta novem annorum vitæ Abrahæ accidit incendium Sodomorum, *D. Auguſtinus lib.* 16. *de Civit. Dei cap.* 30., ſic loquitur. *Liberato de Sodomis Loth, & veniente igneo imbre de Cœlo, tota illa Regio impiæ Civitatis in cinerem verſa eſt &c.*

Na-

2078 Nativitas *Iſaach* Patriarchæ XXII. anno Patris ſui Abrahæ 100. *Viſitavit autem Dominus Saram, ſicut promiſerat, & implevit, quæ locutus eſt. Concepitque, & peperit filium in ſenectute ſua. Gen. cap.* 21.

2083 Iſmael, perſequens Iſaach quinquennem, ejectus eſt cum Agar matre ſua de domo Abrahæ. *Gen. cap.* 21.

2097 Mortuo Ario anno Imperii ſui 30. ad Regnum Aſſyriorum aſſumptus fuit Analius, qui & Aratius VI. Rex illarum Gentium. *S. Aug. de Civ. Dei.*

2103 Immolatio Iſaach in Monte Moria, in quo poſtea Chriſtus crucifixus eſt.

2113 Mors Thare Patriarchæ Patris Abrahæ anno ætatis ſuæ 205. *Et facti ſunt dies Thare* 205. *annorum, & mortuus eſt in Aran. Gen.* 11. 32.

2115 Mors Saræ Uxor Abrahæ. *Vixit autem Sara* 127. *annis, & mortua eſt in Civitate Arbeæ, quæ eſt Hebron, in terra Chanaam. Gen. cap.* 23.

2118 Rebecca deſponſatur Iſaach quadragenario. *Deindè Rebeccam neptam Nachor patrui ſui, cum annorum* 40. *eſſet Iſaach, duxit Uxorem;* 100. *ſcilicet, & quadrageſimo anno vitæ Patris ſui, triennio poſt mortem Matris ſuæ. S. Auguſt. de Civit. Dei lib.* 16. *cap.* 33.

Per idem tempus Abraham aliam duxit Uxorem nomine Ceturam. *Gen. cap.* 25.

2137 Mors Analii anno Regni ſui 40., & aſſumitur ad Regnum Aſſyriorum Xerſes, qui & Balaneus, vel Baleus VII. Rex. Ita *S. Auguſt.*

2138 Nativitas *Jacob* XXIII. Patriarchæ, & *Eſau* fratris ſui an. Patris eorum 60. *Hæ quoque ſunt generationes Iſaach filii Abraham: Abraham genuit Iſaach: qui cum* 40. *eſſet annorum, duxit Uxorem Rebeccam filiam Bathuelis Syri de Meſopotamia ſororem Laban: Deprecatuſque eſt Iſaach Dominum pro Uxore ſua, eo quod eſſet ſterilis: qui exaudivit eum, & dedit conceptum Rebeccæ &c. Jam tempus pariendi advenerat, & ecce gemini in utero ejus reperti ſunt. Qui prior egreſſus eſt, rufus erat, & totus in morem pellis hiſpidus: vocatumque eſt nomen ejus Eſau. Protinus alter egrediens, plantam fratris tenebat manu: & idcircò appellavit eum Jacob. Sexagenarius erat Iſaach quando nati ſunt ei parvuli. Gen. cap.* 25. *v.* 21.

2138 Exordium Regni Argivorum in Græcia, in Provincia Achaja, teſte *Divo Auguſtino, & Seneca* 2. *trag. in carmine Argos Achaicum.*

2153 Mors Patriarchæ Abrahæ anno ætatis ſuæ 175. *Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ* 175. *annis: & deficiens mortuus eſt in ſenectute bona, provectæque ætatis, & plenus dierum. Gen. cap.* 25. *v.* 7., *&* 8.

Per idemque tempus mortuus eſt Cainam Patriarcha, anno ætatis ſuæ 460.

2158 Moritur Sen, ſive Melchiſedech Sacerdos Dei Altiſſimi, anno ætatis ſuæ 600. *Gen. cap.* 11. *v.* 10., *&* 11.

2167 Moritur Xerſes anno Imperii ſui 30., & ad Regnum Aſſyriorum aſſumptus fuit Armanutres VIII. Rex, teſte *Euſebio in Chronicon.*


2198 Diluvium Ogygis in regione Attica, quod ſic inundavit, vaſtavitque illam regionem, ut eam reddiderit per 200. annos incultam, atque inhabitatam. *Euſeb. lib.* 10. *de prepar. Evang. cap. ultimo.*

2205 Mors Armamitris Regis Aſſyriorum, anno ſui Imperii 38., cui ſucceſſit Belochus Priſcus IX. Rex. Ita *Euſeb.*

2215 Jacob Patriarca, egreditur è paterna domo pergens in Meſopotamiam, in cujus itinere Deus honoravit eum admirabili viſione cujuſdam ſcalæ. *Gen. cap.* 28.

Idem


Digitized by Google


Gathã
Omar
Cenez
Core
Amaloch
Theman
Sepho
Zara
Sama
Ihelon
Nahath
Jehus
Eliphaz
Meza
Rahuel
Core
Oolibama
Baſemath
Eſau
Ada uxor
JACOB
Rebecca
ISAAC
IX

Digitized by Google



Digitized by Google


Beera vel Beer
Baal
Reja
Micha
Semei
Gog
Hon
Oſee Proph.
S.Hieronimus in Paralip.
Dathan
Nammel
Abiron
Bala
Azaz
Samma
Joel
Eliab
Samia
Pheleth
Joel
Phallu
Charmi
Henoch
Heſron
Ruben
Lia uxor
JACOB

X.


2222 Idem Jacob deſponſatur cum Lia, & Rachele. *Gen. cap.* 29. *v.* 20., *& ſeq.*

2223 Nativitas *Ruben* XXIV. Patriarcha ex Lia, anno Patris ſui Jacob 85. *Gen. cap.* 29. 31., *& ſeq.*

Filii Jacob duodecim. Filii Liæ Primogenitus Ruben, & Simeon, & Levi, & Judas, & Iſſachar, & Zabulon. Filii Rachel, Joſeph, & Benjamin. Filii Balæ Ancilla Rachelis: Dan, & Nephtali. Filii Zelfæ Ancillæ Liæ: Gad, & Aſer: hi ſunt filii Jacob, qui nati ſunt ei in Meſopotamia Syriæ. *Gen. cap.* 35.


2224 Nativitas *Simeonis* Patriarchæ XXV. ex Lia, anno Patris ſui Jacob 86. *Rurſumque (Lia) concepit, & peperit filium, & ait: audivit me Dominus haberi contemptui, dedit etiam iſtum mihi, vocavitque nomen ejus Simeon. Gen. cap. 29. v. 33.*

2225 *Levi* Patriarcha XXVI. naſcitur ex Lia, anno Patris ſui Jacob 87. *Concepitque tertio (Lia), & genuit alium filium: dixitque: nunc quoque copulabitur mihi Maritus meus, eo quod peperim ei tres filios: & idcirco appellavit nomen ejus Levi. Gen. cap. 29. v. 34.*



Idox
Joſeph
Ozia
Elai
Jamnor
Gedeon
Merari
Manus
Sem
Raphaim
Achitob
ex quo poſt.
Manaſſen
Judith
Enan
Melchi-
a.
Nathan
ias
Mapſan
Maſma
Hamuel
Sellum
Saul
Zachur
Salathiel
Semei
Sahar
vel
zare
Iachin
Ahod
Iamin
Namuel
Simeon
ex Lia Uxor
JACOB
XI.

Digitized by Google


Digitized by Google



Digitized by Google


Ozi P.
Zarahias
Merajoth
Amarias
Achitob
Bocci P.
Hi quatuor non fuerunt Pontific.
Sadoc P.
Abiſue P.
Ophni
Achias
Achimas P.
Phinees
Achitob P.
Heli Pontif.
Phinees P.
Abiu
Achimelech P.
Azarias P.
Ichabod
Ithamar
Primus poſt Ozi ex Ithamaro
Eleazar Pontif.
Abiathar P.
Ioahan P. an
Nadab
Gerſon
Rahabia
Iſaias
Eliezer
Achimelech
Ioram
Azarias P.
Aaron
Maria
Moyſes
Ieriau
Amarias
Zechri
Iahziel
Amarias P
Hebron
Amram
Iſaac, vel Iſaar
Miſael
Selemith
Iecmaã
Achitob P.
Oziel, vel Huſſiel
Eliſaphan
Sadoc P.
Caath
Sethri
Sellum P.
Levi
Helcias P.
Lia. uxor
JACOB
Azarias P.
Saraja P.
Ioſedec P.
XIII.


Digitized by Google




XIV.


Digitized by Google

Digitized by Google




Digitized by Google


Oza
Samma a
Haggia
Aſaia
Semei
Somer
Boni
Amaſai
Helcias
Amaſi a e
Haſabias
Lob ni
Moholi
Eder
Ieſeias
Sori
Godolia s
Haſabias
Maloch
Moholi
Muſi
Ma tha thias
Jerimoth
Abdi
Merari
Ethan
seu Idith um
obededo
Paralip.
Cuſi
Levi
Lia uxor
JACOB
XV.



XVI.


Digitized by Google




Digitized by Google



Digitized by Google



Ananiel
Tobiel
Tobia
Adiel
Gabael
Asiel
Samson
Nenathiel
ex cujus semine
Manue
Necnon ex ejus stirpe
Suham
Ieser
Iasiel
Husim
Guni
Sallem
Dan
Nephthali
Bala
JACOB

XIX



Genealogia Tobię Patriarchæ
Sara uxor Tobię Iun̄
Raguel
Anna uxor
Achior
Anaiel
Tobias Iunior
Anna uxor
Tobias Senior
Tobiel

XX.

Digitized by Google



Digitized by Google



XXI.

Digitized by Google

2226 Nativitas *Judæ* Patriarchæ XXVII., & Regis ex Lia, anno Patris ſui Jacob 88. *Quartò concepit (Lia), & peperit filium, & ait: Modò confitebor Domino: & ab hoc vocavit eum Judam. Gen. cap. 29. v. 35.*


2226 Naſcitur *Dan* Patriar. XXVIII. ex Bala Ancilla Rachelis, anno Patris ſui Jacob 88. *Cernens autem Rachel, quod infœcunda eſſet, invidit Sorori ſuæ, & ait Marito ſuo: da mihi liberos, alioquin moriar. Cui iratus reſpondit Jacob: Num pro Deo ego ſum, qui privavit te fructu ventris tui. At illa: Habeo, inquit, famulam Balam: ingredere ad illam, ut pariat ſuper genua mea, & habeam ex illa filios. Deditque illi Balam in Conjugium: quæ, ingreſſo ad ſe viro, concepit, & peperit filium. Dixitque Rachel: Judicavit mihi Dominus, & exaudivit vocem meam dans mihi filium: & idcirco appellavit nomen ejus Dan. Gen. 30. v. 1., & ſeq.*

2226 Nativitas *Gad* Patriarchæ XXIX. ex Zelfa Ancilla Liæ, anno Patris ſui 88. *Sentiens Lia, quod parere deſiiſſet, Zelpham Ancillam ſuam Marito tradidit. Qua, poſt conceptum, edente, filium, dixit: feliciter; & idcirco vocavit nomen ejus Gad. Gen. 30. v. 9.*

2227 *Iſſachar* Patriarcha XXX. naſcitur ex Lia, anno Patris ſui Jacob 89. *Redeuntique ad veſperam Jacob de agro, egreſſa eſt in occurſum ejus Lia, & ad me, inquit, intrabis: quia mercede conduxi te pro mandragoris filii mei &c. Et exaudivit Deus preces ejus, concepitque, & peperit filium quintum, & ait: Dedit Deus mercedem mihi, quia dedi ancillam meam viro meo, appellavitque nomen ejus Iſſachar. Gen. 30. v.*

2227 Nativitas *Nephtali* Patriarchæ XXXI. ex Bala Ancilla Rachelis, anno Patris ſui Jacob 89. *Rurſumque Bala concipiens, peperit alterum filium, pro quo ait Rachel: comparavit me Deus cum Sorore mea, & invalui: vocavitque eum Nephtali. Gen. 30. v. 7., & 8.*

Per idem tempus naſcitur *Aſer* Patriarc. XXXII. ex Zelfa Ancilla Liæ, anno Patris ſui Jacob 89. *Peperit quoque Zelfa alterum filium, dixitque Lia: Hoc pro beatitudine mea: Beatam quippe me dicent Mulieres, propterea appellavit eum Aſer. Gen. 30. v. 12., & 13.*




Digitized by Google

2228 *Zabulon* Patriarcha XXXIII. naſcitur ex Lia, anno Patris ſui Jacob 90. *Rurſum Lia concipiens peperit ſextum filium, & ait: Dotavit me Deus dote bona, etiam hac vice mecum erit Maritus meus, eo quod genuerim ei ſex filios, & idcircò appellavit nomen ejus Zabulon. Gen. 30. v. 19. & 20.*


Rurſuſque Lia peperit filiam, quam vocavit Dinam. *Gen.* 21.

Ædificatur Civitas Meſſanæ Regni Siciliæ clavis, primuſque Trinacriæ angulus, de quâ *Euſebius in Chronicon*, ſic ait: *Anno* 90. *vitæ Jacob, &* 150. *vitæ Iſaac, qui fuit* 40. *Regni Phoronei II. Regis Argivorum Meſſana, quæ & Mamertina conditur.* Hæc Civitas gloriatur de protectione Matris DEI MARIÆ, ejuſque epiſtola ab ipſa propria manu ſcripta amoris plena.


Ieriel
Iemai
Raphaia
Ozi
Izrahia
Michael
Obadia
Ioel
Ieſia
Iebſem
Thala
Samuel
Iaſub
Phua
Simeron
Dina
Iſſachar
Lia ux
JACOB
XVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google


Ezer
Ehrd
Ammidu
Elizama
Niun
Joſue
Nabath
Sutbala
Ladan
Illel
Michas
Nadab
Zahad
Thaan
Thale
Abia
Thahath
Oſenſera
Beſupl
Bared
Calaad
Sara
Beria
Suthala
Machir
Ephram
Manaſſe
Eſriel
Sabulon
Joſeph
Rachele ux
JACOB
XXII.

2235 Jacob, nato *Joſeph*, revertitur ex Meſopotamia in Chanaam cum univerſa familia ſua. *Nato autem Joſeph dixit Jacob Socero ſuo: Dimitte, ut revertar in Patriam ad terram meam. Da mihi Uxores, & liberos meos, pro quibus ſervivi tibi. Gen. 30. v. 25., & 26.*

Baleus aſſumitur ad Regnum Aſſyriorum poſt mortem Belochi priſci,
2240 quæ accidit anno ſui Imperii 35. Ita *Euſeb.*

Joſeph a Fratribus projicitur in Ciſternam veterem, quæ non habebat
2245 aquam, plenaque erat, ut tradit *Rabbi Salomon*, Serpentibus, ac Scorpionibus: & mox Iſmaelitis venditur viginti argenteis, qui duxerunt eum in Ægyptum: ubi denuo ab his venditus, ac poſtmodum apud Dominum ſuum accuſatus, eo quia libidini Dominæ ſuæ aſſentiri noluit, detruſus eſt in carcerem. *Gen. cap. 37., & 39.*


2245 Nativitas *Beniamin*, qui & Benoni ex Rachele, anno Patris ſui Jacob 107. *De quo Cornel. à Lapide Gen.* 35. *Natus eſt*, inquit, *Beniamin, anno Jacobi* 107. *fuit ergo Joſepho junior* 16. *annos: hic enim natus eſt anno Jacobi* 91. *ac conſequenter eodem anno, quo natus eſt Beniamin, venditus eſt Joſeph, puta anno ætais ſuæ* 16.

2258 Mors S. Patriarchæ Iſaac anno ætatis ſuæ 180. *Et completi ſunt dies Iſaac* 180. *annorum, conſumptuſque ætate mortuus eſt & appoſitus eſt Populo ſuo ſenex, & plenus dierum, & ſepelierunt eum Eſau, & Jacob filii ſui Gen. cap.*35. *in fine*.


2259 Inceptio Principatus Joſeph; qui eductus de carcere, anno ætatis ſuæ 30. ſapienter interpretatus eſt duo Pharaonis ſomnia futuræ in Ægypto ſeptennalis abundantiæ, & poſtea totidem annorum ſterilitatis præſagia, quam ob cauſam valdè honoratus à Rege, conſtitutus fuit ſecundus in tota Terra Ægypti. *Gen. a cap.*41. *& ſeq.*

Caath Avus Moyſis per idem tempus naſcitur, anno Patris ſui Levi 34. ante exitum Hebræorum ex Ægypto 224. *Vide Salianum*.

Digitized by Google


Melech
Phiton
Micha
Miphib oſeth
Ionathã
Ieſboſe th
Saul
Tharaa
Ahaz
Eliphale t
Melchi ſua
Abinad ab
Cis
Ioada
Iehus
Eſec
Ezricã
Ner
Alamat h
Vlam
Bocru
Elaſa
Aſel
Abiel
Azmoth
Zamri
Moſa
Banaa
Rapha
Saria
Iſmahe l
Hanan
Seror
Echi
Ros
Mophim
Ophim
Obdia
Bechora th
Nohaa
Rapha
Naama n
Bechor
Iadihel
Aphia
Ahara
Gera
ex cujus Poſteris
Aſbel
Ared
Bale
Beniamin
Juda
Rachel ux.
JACOB
Lia ux.
XXIII.


Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



XXIV.

Digitized by Google

2266 *Pharas* XXXVI.Patriarcha ex linea Lucæ,& V. ex linea Matthæi,naſcitur ex Thamar, anno Patris ſui Judæ 40. Porrò conceptio, & nativitas ejuſdem Phares, & Zatæ fratris ſui deſcribitur à Moyſe *in cap.* 38. *Gen. verſ.* 12. *& ſeq.*

2268 Ingreſſus Iſraelitarum in Ægyptum: Jacob enim anno ætatis ſuæ 130. proficitur in Ægyptum, eique Joſeph obviam vadit. *Ita Euſebius in Chronicon. Anno* 130. *Jacob* (inquit) *ſecundo anno famis ingreſſus eſt Ægyptum, cum Filiis ſuis: Jacob, cum a Pharaone interrogaretur quotum annum ageret; reſpondit ſe eſſe annorum centum triginta.*

Per idem tempus naſcitur S. Patriarcha, Rex, & Propheta Job ex Zara, & Boſra de Stirpe Eſau *Pererius in Gen. cap.* 36. *diſp.* 3.

2283 Nativitas *Heſron* XXXVII. Patriarchæ ex linea Lucę, & VI. ex linea Matthæi, anno Patris ſui Phares 17. *Toſt. in Gen.* 46. *verſ.* 1.

2285 Mors Jacob Patriarchæ in Ægypto annorum 147. Cùm moriturus filios ſuos, & nepotes benedixiſſet, Chriſtumque apertiſſimè prophetaſſet, dicens in benedictione Judæ. *Non auferetur Sceptrum de Juda, & Dux de fæmore ejus, donec veniat, qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio Gentium. S.Aug. de Civit. Dei cap.*6.

2292 Mortuo Baleo Rege Aſſyriorum, anno ſui Imperii 52. Imperat Altadas Undecimus Rex. *Ita Euſeb.*

2324 Mortuo Altada, anno ſui regiminis 32. Regno potitus eſt Mamytus, qui & Hermaſchus, & XII. Rex fuit:

2327 Amram Pater Moyſis naſcitur in Ægypto, anno Patris ſui Caath 66. ante obitum Joſeph 14. an. *Euſeb. l.*9. *de Præp. Evang. cap. ult.*

2335 Jochabed Mater Moyſis naſcitur in Ægypto, anno Patris ſui Levi 110. *Abul. in commen. l. Exod. cap.*2.

2338 Ab hoc anno 2338. uſque ad 2345. Sanctus Patriarcha Job patienter pertulit calamitates, & labores, *quæ narrantur in lib. Job. cap.*1. *& ſeq. cùm eſſet annorum* 70. *Genebrar. l.* 1. *Chronolog.*

2339 Obitus S. Patriarchæ Joſeph, *qui ſic deſcriptus apparet in l. Gen. c.*50. *verſ.*22. *Et habitavit Joſeph in Ægypto cum omni domo Patris ſui, vixitque* 110. *annis & mortuus eſt &c.*

Aram

2340 *Aram*, qui & *Ram* naſcitur in Ægypto, anno Patris ſui Heſron 57. *Torniel. in 3. M. ætatę*

2345 Ab hoc anno incipiunt anni proſperitatis Job, ut apparet ex capite ultimo Job. *Et Corn. à Lapide oſtendit Gen. 36.*

2354 Mors Mamyti, anno ſui regiminis 30. & aſſumitur Manchaleus XIII. Rex ad Regnum Aſſyriorum. *Ita Euſebius*.

2362 Levi Patriarcha, anno ætatis ſuæ 137. in Ægypto moritur. *Anni autem vitæ Levi fuerunt* 137. *Exod. 6 verſ.* 16.

2384 Mors Manchalei Regis Aſsyriorum, anno regni ſui 30. cui ſuccedit Iphereus Rex XIV. *Ita Euſebius*.

2392 Caath moritur in Ægypto, anno ætatis ſuæ 133. *ut legitur in l. Exodi c. 6. verſ.* 18. *Anni quoque vitæ Caath* 133.

2393 Maria Prophetiſſa, Soror Moyſis, & Aaron naſcitur in Ægypto, anno Patris ſui Amram 68. Matris ſuæ Jochabed 58. *Cornelius à Lapide in Comm. cap.* 1. *Exod.*


2400 Aaron Summus Pontifex Frater Moyſis, & Mariæ naſcitur in Ægypto, anno Patris ſui Amram 75. Matris ſuæ Jochabed 65. *Ex. cap.* 7. *verſ.* 7.

2403 Moyſes Propheta, & Dux Hebræorum naſcitur in Ægypto, anno Patris ſui Amram 78. Matris verò ſuæ Jochabed 68. *Alexander Polyſtor apud Euſebium lib. 9. Præpar. Evang. cap. ult.*

2404 Mors Saphri Regis Aſſyriorum, an. ætatis ſui Regni 20., & aſſumptio Mamylæ Regis XV. *Euſeb. in Chron.*


2406 Moyſes tertio ſuæ ætatis anno adoptatur in Filium a Tormuth Filia Pharaonis. *Joſeph. l. 2. antiq. cap.* 5.

Digitized by Google



Digitized by Google


Digitized by Google


Moyſes
Maria
Aaron
Genealogia Sancti
Prophetæ Moyſis
Jochabed
Amram
Caath
Sub Manaſſe contigit victoria Judith, quæ occidens Holofernem. *Bel-
rmin. de Verbo Dei cap.* 12.
Coſan LXI. Patriarcha ex linea Lucæ, hac tempeſtate creditur natus,
ino Patris ſui Edmadam 23. *Luc.* 3.
Tullus Hoſtilius III. Rex Romanorum poſt Numam Pompilium a Ro-
anis Rex effectus, regnavit annis 32. *Euſeb. in Chron.*
Obitus Tobiæ ſenioris. *Tob. lib. cap.* 14.
Decimumſextum Jubilęum Moſaycum.
Addi LXII. Patriarc. ex linea Lucæ hoc tempore creditur natus, anno
atris ſui Coſan 23. *Luc.* 3.
Benmerodach II. Rex Babylonorum filius Merodach, poſt mortem
atris Regnum ſuſcipiens, regnavit annis 21. *Lucidus*.
Amon XIX. Patriarcha ex linea Matthęi XVI. Rex Hebręorum ex Tri-
u Juda Hebręis regnare cœpit, & regnavit annis 12.
Phortes VI. Medorum Rex, Medis regnare cœpit, & regnavit an-
is 24. *Euſeb. in Chron.*
S. *Jeremias* Propheta natus eſt anno uno ante exordium Regni Joſiæ.
rn. a *Lapide in Jerem. cap.* 1.
Joſias XXX. Patriarcha ex linea Matthęi de Tribu Juda, XVIII. He-
ręorum Rex, regnavit in Jeruſalem annis 32. *lib.* 4. *Reg. cap.* 2. *v.* 1.
Nabuchdonoſor ſenior, qui & Nabopolaſar, aut Nabalaſar, anno 2.
egni Joſiæ in Babylonia regnare cœpit, & regnavit annis 35. *Lucidus*.
Ancus Martius IV. Rex Romanorum, anno 3. regni Joſiæ, Romanis
gnare cœpit, & regnavit annis 23. *Euſeb. in Chron.*
Melchi LXIII. Patriac. ex linea Lucæ, hac tempeſtate creditur natus,
ino Patris ſui Addi 23. *Lucæ* 3.
Septem Gręciæ Sapientes, ſcilicet Thales, Mileſius Pyttacus, Nity-
rius, Bias, Prienus, Solon Athenienſis, Chile Lacedemonus, Cleobolus
yadius, & Periader Chorintheus, qui omnes in 4. Mundi ætate inter tem-
ora Romuli primi Regis Romanorum, & Cyri primi Regis Perſarum cla-
ere. *Euſeb. in Chron.*
Obitus Tobiæ junioris. *Lib. Tob. cap.* 14.
Exordium Prophetiæ Jeremiæ. *Jerem. cap.* 1.
Anno 14. Regni Joſiæ Judith moritur, ætatis ſuę anno 105.
Cyaſares, qui Aſſuerus VII. Medorum Rex, anno 25. Joſiæ regnare
epit, & regnavit annis 32. *Euſeb. in Chron.*
Daniel Propheta natus eſt anno 20. ante captivitatem, filiuſque fuit
ſiæ Regis Judę, & Frater prioris Jechoniæ, ſive Joakim, ſicut, & tres
ieri Ananias, Miſael, & Azarias ejus fratres. *Corn. a Lapide in provem. Dan.*
Anno 18. Joſiæ natus eſt *Ezechiel* Propheta. *S. Hieron. præf. in
zech.*
Inventio Libri Deuteronomii, ut conſtat *ex libro* 4. *Reg. cap.* 22.
3., & 8.

Na-

3372 Nabuchdonoſor ſenior poſt 21. annum ſui Imperii aſſumpſit, ut Socium ad gubernandum Regnum filium ſuum Nabuchdonoſor juniorem, cum adhuc regnavit an. 14. *Petron. in Genealog.*

3375 Tarquinius Priſcus V. Rex Romanorum poſt Ancum Martium electus Rex regnavit an. 38. *Andreas Civinus l. 1. de Urbe Romæ cap. 32.*

Per idem tempus Cyaxares Rex Medorum, anno ſui Imperii 11. aſſumſit ut Socium ad gubernandum Regnum filium ſuum Aſtyagem, & regnavit una cum filio Aſtyage an. 21. *Euſeb. in Chron.*

3376 *Neri* LXIV. Patriarcha de linea Lucæ creditur natus, anno Patris ſui Melchi 23. *Lucæ 3.*

3377 Cyaſares cum Nabuchdonoſore ſeniore cœpit obſidere Ninivem, ſed invadentibus Mediam Scythis per novem annos obſedionem intermiſſit, poſt quos cum Nabuchdonoſore juniore obſidionem reſumens Ninivem cœpit, & vaſtavit an. 3. Joakim. *S. Hieron. præf. in Joannem.*

3380 Decimumſeptimum Jubilæum Moſaycum.

Per idem tempus Sibylla Cumana inſignis habetur, vixitque annis 600 *Petronus in Genealogia.*

3381 Joachaz, qui, & Jechonias de Tribu Juda XVIII. poſt mortem Patris conſtitutus eſt Rex Nebreom regnavit menſibus tribus 4. *Reg. cap. 23. 5. & 2. Paralip. cap. 36.*

3382 Joakim, qui, & Eliakim, Eliacim, & Jechonias XXXI. Patriarcha ex linea Matthæi XX. Rex de Tribu Juda in loco Fratris ſui a Nechao Pharaone Rege Ægypti ſuffectus, regnavit in Jeruſalem 11. annis 4. *Reg. c. 23. & ſeq. & 2. Paralip. c. 36. 3. & ſeq.*

3386 Exordium 70. annorum Captivitatis Babiloniæ an. 4. inchoante Regni Joakim. *Theodr.*

3387 Jeremias educitur de carcere. *Jerem. cap. 22. & 36.*

3390 Hoc anno contingerunt ea, quæ a Daniele 13. narantur de judicio, in quo Suſanna, Divino Danielis adhuc pueri conſilio, a falſo teſtimonio, & calumnia iniquorum Senum liberata eſt. *Corn. a Lapide, & Perer. dicto c: Danel.*

3393 Joachin qui & Jaconias poſterior XXXII. Patriarcha ex linea Matthęi Rex XXI. ex Tribu Juda in Jeruſalem regnare cępit, ſed mox in Babyloniam tranſmigravit. 4. *Reg. 24. verſ. 8.* Sedecias, qui & Matthanias Joſiæ Regis filius, & prædicti Joachin patruus XXI. Rex, & ultimus de Tribu Juda a Nabuchdonoſor loco Joachim conſtitutus in Jeruſalem regnavit an. 11. *l. 4. Reg. cap. 24. 17. & Paralip. cap. ult. verſ. 10.*

3396 Aſtyages, qui, & Aſſuerus VIII. Rex Medorum Medis regnare cœpit, & regnavit an. 3. *Euſeb.*

3398 *Ezechiel* Propheta, & Sacerdos Domini Babylone prophetavit calamitates futuras, quæ venturæ erant populo Judæorum. *S. Hier. præfat in Ezech.*

Digitized by Google

3399 Salathiel LXV. Patriarcha ex linea Lucæ hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Neri 23.

Salathiel XXIII. Patriarcha ex linea Matthæi hac quoque tempeſtate Babilone creditur natus, anno Patris ſui Joachim, ſeu Jechoniæ 24. *Matth.* 1.

QUINA ÆTAS MUNDI

Numeratur ab æxcidio Templi Salomonis uſque ab Verbi æterni Incarnationem.

3404 Defecit Regnum Judæorum in Sedecia 4. *Reg. cap.* 25.

Hoc itaque anno Regni Sedeciæ ultimo, & 18. Regni Nabuchdonoſor fuit Templum Jeroſolymorum Civitas combuſta. *Toſtat.* 4. *Reg. c.* 25. *q.* 9.

3413 Servius Tullus VI. Romanorum ſuſcipiens Regnum regnavit an. 34. *Euſeb.*

3420 Nabuchdonoſor accepit a Deo Ægyptum in mercedem laboris, quo ei ſervierat devaſtando Ammonitas, Moabitas, Tyrum, aliaſque Urbes, *Ezech. c.* 29.

3422 *Zorobabel* LXVI. Patriarc. ex linea Lucæ hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Salathiel 13. *Luc.* 3.

Zorobàbel XXXIV. Patriarcha ex linea Matthæi hac eadem tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Salathiel 23. *Matth.* 1.

Per idem tempus Daniel interpretatus eſt ſomnium Nabuchdonoſor illius celebris Statuæ, quæ recenſetur *c.* 2. *Daniel.*

3430 Decimumoctavum Jubilæum Moſaycum.

Nabuchdonoſor Magnus, anno 44. ſui Regni, mortuus eſt Babylone, ejuſque Filius Evilmerech poſt mortem Patris regnavit an. 12. *Sulp. hiſt. l.* 2.

Per idem tempus Eſopus fortuna Servi Fabulator clariſſimus extitit.

3434 Finis Monarchiæ Medorum in Aſtyage *Herodot. l.* 1.

Initium Regni Perſarum in Cyro Aſtyagis Nepote.

3438 Daniel ponitur in lacum Leonum. *Dan. c.* 14.

3442 Balthaſar VI. Rex Babylonicum Imperium ſuſcipiens regnavit ann. 6. ultimoque anno Regni ejus acciderunt ea, quæ narrantur in *lib. Dan. c.* 5.

3445 *Reſa* LXVII. Patriar. ex linea Lucę hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Zorobabel 24 *Luc.* 3.

3447 Tarquineus Superbus VII. Rex Romanorum Romanis regnare cœpit *Euſeb.*

3448 Finis Regni Babyloniorum in Balthaſare *Dan. c.* 5.

Finivit etiam Regnum Lydorum in Creſo Rege, quo devicto, a Cyro Rege Perſarum in Perſas translatum fuit, *Euſeb. in Chron.*


3449 Daniel pro ſecunda vice ponitur in lacum Leonum *Dan. c.* 6.

3456 Exordium Monarchiæ Perſarum in Cyro Rege Perſarum, qui mortuo Dario ſuo Avunculo ſuſcepit Imperium Aſiæ, & regnavit ut Monarcha 7. an. *Bellarm.*

Finis 70. annorum captivitatis Babylonicæ Hebræorum, qui educta fuere de Babylonia a Zorobabel filio Salathiel ætatis ſuæ anno 34. ſic permittente Cyro Rege Perſarum, imò ſic præcipiente Deo, & commiſerinte calamitatum illius Populi, ac Civitatis Sanctæ Jeruſalem. Præfuitque Zorobabel an. 58. *Ioſeph l.* 11. *antiqu. c.* 1.

Eodemque tempore, regnante Cyro, Sibyla Eſpontica inſignis habetur.

Mo-


Hanania
Moſalla
Salomit
Abiud
Zorobabel
Semei
Melchiram
Zorobabel
Senneſer
Aſſir
Phadaja
Jecemia
Salathiel
Sama
Nadabia
Jechonias ſeu Joakim
Eliacim ſiue Joakim
Sellus ſiue Joachaz
Joanam ſiue Iechonias
Mathonoas ſiue Sedecias
Joſias
Semei
Joſeph
Judas
Joanna
Reſa
Zorobabel
Salathiel

XXXV.

Digitized by Google

3443 Moritur Cyrus trucidatus a Scytharum Regina. Caput Cyri amputatum in utrem humano ſanguine repletum conjici Regina jubet cum hac exprobatione ſuæ crudelitatis. *Satia te ſangine, quem ſitiſti, cujuſque inſatiabilis ſeper fuiſti.* *Iuſtin. l.*1.

Cambyſes, qui & Aſſuerus appellatur *Eſdr. c.*4.6. Filius Cyri Regis Perſarum ſecundus, poſt Patrem Regnum accipiens, octo annis illud rexit inimicus Iudeis, *Euſeb. in Chron.*

3470 *Joanna* LXVIII. Patriar. ex linea Lucę hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Reſa 24. *Luc.*3.

3471 Smerdis magnus, qui & Artaxerxes III. Rex Perſarum Regnum ſuſcipiens regnavit ſimul cum fratre Pazieto menſibus 7. *Euſ. de quo Eſd.c* 4. 7.

3472 Darius Hyſtapis Filius, IV. Rex Perſarum hac tempeſtate regnare cepit, & regnavit annis 26. *Salmeron. lib.*1. *Prolegomen.* 41.

3474 Finis 70. annorum deſolationis Templi.

3476 Daniel Propheta clariſsimus hoc tempore, anno ætatis ſuæ 110. mortuus eſt. *S. Iſidor. Hiſpalen. c.*4. *de vita, & morte Sanct.*

3480 Decimumnonum Jubilæum Moſaycum.

Abiud Patriarcha XXXV. ex linea Matthæi hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Zorobabel 58. *M. Franc. Siſti Gen. Chriſti.*

3482 Defectio Regum Romanorum, expulſo Tarquinio Superbo, eo quia ejus filius violaſſet Lucretiam Romanam, Mulierem pudiciſsimam; & Romæ, ſublatis Regibus, Conſules creati ſunt firmata libertate, *Livius l.*1.

3444 *Judas* Dux Judæorum, LXIX. Patriarc. ex linea Lucæ hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Joanna 24. *Luc.*3.

3498 Xerſes V. Perſarum Rex Darii Hytaſpis filius hoc anno Perſis regnare cæpit; ac mox incendit Athenas, totique Græciæ terribilis fuit. *Severus Sulpitius l.*2. *Sac. Hiſt.*

3518 *Joſeph* Dux Judæorum, LXX. Patriarcha ex linea Lucæ hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Judæ 24. *Lucæ* 3.

3519 Artabanus VI. Perſarum Rex Perſis regnare cœpit, ſeptemque Menſibus regnavit; *Euſeb. in Chron.*

3520 Artaxerſes VII. Rex Perſarum cognomento Longimanus, Artabano occiſo, Regnum Perſarum ſuſcipiens regnavit annis 40. *Euſeb.*

3527 Ab hoc anno incæpit hiſtoria lib. Eſther *Bellarm. l.*1. *de verbo Dei c.*7.

3530 Vigeſimum Jubilæum Moſaycum.

3540 Ab hoc anno incæperunt 70. hebdomadæ, ſecundum Danielis Prophetiam. *Petronus hic.*

Eliacim XXXVI. Patriarcha ex linea Matthæi hac tempeſtate creditur natus anno Patris ſui Abiud 60. *P. Franc. Siſtus l. de Genealog. Chriſti.*

3542 *Semei* Dux Judæorum, LXXI. Patriarc. ex linea Lucæ hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Joſeph 24. *Luc.*3.

3560 Phidia Statuarius clariſsimus eburneam Minervam Athenis fecit.

Hippocrates omnium Medicorum Princeps Inſula Coo natus clariſsimus habitus eſt. *Euſeb.*

Socrates Athenienſis Philoſophus Achelai diſcipulus, Magiſterque Platonis, & primus Ethicæ inventor iiſdem temporibus floruit *Euſeb.*

3561 Darius cognomento Nothus X. Rex Perſarum Perſis regnare cœpit, & regnavit annis 19. *Bergomenſis l.*5. *Chron.*

Jojada Pontifex filius Eliaſib præfuit Hebręis. *Corn. a Lap. in Com. Eſd.*

Digitized by Google

3566 *Mathatias* Dux Judęorum, LXXII. Patriarcha ex linea Lucę probabiliter hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Semei 24. *Luc.* 3.

3567 Divinus Plato, regnante Dario Notho, natus eſt. *Cœleſt. tract.* 6. *Hiſt. Sacr. ſect.* 4.

3580 Vigeſimumprimum Jubilæum Moſaycum.

3590 Artaxerxes Mnemon, ſi cognominatus ob ſingularem memoriæ præſtantiam, II. Perſarum Rex Darii Nothi filius Perſis regnare cœpit. *Corn. a Lap. in Eſd.*

Jonathan Pontifex filius Jojadæ claruit.

Plato 23. annum ætatis agens auditor eſt Socratis.

Mathath Dux Judæorum, LXXIII. Patriarcha ex linea Lucæ hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Mathathiæ 24 *Luc.* 3.

3600 *Azor* XXXVII. Patriarcha ex linea Matthæi, hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Eliacim 60. *P. Franciſcus Xiſtus.*

Zenophon Philoſophus, & Athenienſium exercitus inſignis Imperator hac tempeſtate floruit. His Socratis Diſcipulus, poſtea Platonis Emulus fuit, ediditque libros 400. de diverſarum rerum naturis. *Gelius* 18.

3610 Naſcitur Ariſtotiles Philoſophorum omnium Princeps, atque Magiſter, qui Socratem, atque Platonem habuit Præceptores. *S. Aug. lib.* 8. *de Civ. Dei cap.* 12.

3614 *Nagge* Dux Judæorum, LXXIV. Patriarcha ex linea Lucæ, hiſce temporibus creditur natus, anno Patris ſui Mathat 24. *Luc.* 3.

Per idem tempus magno terremotu Helice, & Bura Peloponenſi Urbes abſortæ ſunt, teſte *Euſeb. Cęſar. in Chron.*

3630 Vigeſimumſecundum Jubilæum Moſaycum.

Divinus Plato Philoſophus, qui paternum genus a Codro Rege, maternum a Solone Philoſopho duxit hac tempeſtate clariſſimus fuit.

3632 Philippus Pardice Regis filius, XXII. Medorum Rex, hoc anno Regnum ſuſcipiens, regnavit annos 26. *Euſeb. in Chron*

3633 Artaxerſes, qui & Ochus XII. Perſarum Rex Perſis regnare cœpit, & regnavit annis 22. *Q. Julius Hilarion lib. de Mundi duratione.*

Per idem tempus Demoſtenes, Æſchines Oratores agnoſcuntur.

3638 *Hesli* Dux Judæorum, LXXV. Patriarc. ex linea Lucæ, hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Nagge 24. *Lucæ* 3.

Alexander filius Philippi, & Olympiadis filius naſcitur. *Euſebius in Chron.*


3645 Sadoc XXXVIII. Patriarcha ex linea Matthæi, hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Azor 45. *F. Franciſcus Xiſtus.*

3648 Divinus Plato, anno ætatis ſuæ 81. moritur, de quo advertendum, quod quamvis dicatur Divinus, tamen hoc non intelligendum eſt de Sanctitate Animæ, ſicut intelligimus de quibuſdam Eccleſiæ Patribus, ſed intelligi debet ipſum eximium fuiſſe, ac ſingularem in omni ſcientia Philoſophorum: *Euſeb. in Chron. Atamen Boetius Severinus in Commento* teſtatur in ejus tumba inventam fuiſſe laminam ſuper illius pectus, in qua ſcriptum erat: *Credo in Chriſtum naſciturum de Virgine, paſſurum pro humano Genere, & tertia die reſurrecturum. Euſeb. in Chron.*

3655 Arſes Ochi filius XIII. Perſarum Rex, hoc anno regnare cœpit, regnavitque annis 3. *Cornel. a Lapide.*

Per idem tempus Jaddus Judæorum Pontifex clarius habetur.

Da-



XXXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

3658 Darius Codomanus XIV., & ultimus Rex Perſarum Perſis regnare cœpit, & regnavit annis 6. *Euſebius in Chron.*

Alexander Magnus eodem anno, quo cœpit Darius in Perſide in Macedonia ipſe quoque regnare cœpit, & regnavit annis 12., ſex ante Darii mortem, & ſex ut Monarcha poſt ipſius Darii mortem. *Euſebius in Chron.*

3662 *Nahum* Dux Judæorum, LXXVI. Patriarcha ex linea Lucæ, hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Hesli 24. *Luc. 3.*

3664 Alexander Magnus obtinuit Babylonem, interfecto Dario Codomano, in quo Perſarum Regnum deſtructum eſt poſt annos 230.; itaque deſiit Aſiaticum Imperium, & ad Græcos in Europa translatum fuit. *Corn. a Lap.*

3665 Alexandria Regia Civitas in Ægypto ab Alexandro Magno, anno ſeptimo ſui Regni condita eſt.

3670 Alexander Magnus ætatis ſuæ annis 32., Regni 12. Imperii 6. moritur Babylone. *Beda lib. de ratione temporum.*

Ptolomeus Lagi filius, primus poſt Alexandrum Magnum Ægyptiorum Rex, Ægyptiis imperare cœpit, regnavitque annis 40.. *Euſebius.*

3680 Vigeſimumtertium Jubilæum Moſaycum.

3682 Seleucus Nicanoris filius ex genere Macedonum, anno 12. poſt mortem Alexandri, cœpit regnare in Babylonia, & Syria, regnavitque annis 32., & in eo initium habuit Imperium Seleucidarum, & plures fuerunt Reges. Secundus, fuit Antiochus Soter, qui regnavit annis 19. Tertius, Antiochus Theos annis 15. Quartus, Seleucus Gallinicus annis 22. Quintus, Seleucus Geraunus annis 3. Sextus, Antiochus Magnus annis 36. Septimus, Seleucus Philopater annis 12. Octavus, Antiochus Epiphanes, ſive Illuſtris annis 12. Ita *ex Hiſtor. Machab. lib. 1. cap. 3. v. 11., & ex Euſeb. in Chron.*

3686 *Amos* Dux Judæorum, LXXVII. Patriarcha ex linea Lucæ, hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Nahum 24. *Luc. 3.*

3703 *Achim* XXIX. Patriarcha, ex linea Matthæi, naſcitur anno Patris ſu Sadoc 28. *F. Franciſcus Xiſtus.*

Per idem tempus Simeon Pontifex Maximus, Oniæ filius clarus habetur, qui propter ſolicitam pietatem in Dei Religionem, & in Cives ſuos pronam clementiam cognomentum Juſti adeptus eſt.

3710 Ptolomeus Philadelphus II. Ægypti Rex Ægyptiis regnare cœpit, & regnavit annis 38. *Euſeb. in Chron.*

Per idem tempus Judæorum Pontifex Maximus, Eleaxarus frater Simeonis ſuſcepit Templi miniſterium pro filio Oniæ parvulo derelicto. *Joſeph lib. 12. Antiq. cap. 2.*

Mathathias Dux Judæorum LXXVIII. Patriarcha ex linea Lucæ, hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Amos 24. *Luc. 3.*

3727 Ptolomeus Philadelphus, anno ſui Imperii 17., congregatis 72. periſſimis Hebraicæ, & Græcæ Linguæ Sacros Libros ex Hebræo idiomate in Græcam Linguam per eos tranſtulit. *S. Epiph. lib. de pond., & menſ.*

3730 Vigeſimumquartum Jubilæum Moſaycum.

Per idem tempus Romani Syracuſam capiunt. *Euſeb. in Chron.*

Rex Nicomedes Aſiacam Urbem amplians Nicomediam nuncupavit. *Euſeb. in Chron.*

Romani Cartaginenſes navali certamine ſuperant, & centum Urbes Lybiæ capiunt. *Euſeb. in Chron.*

Jo-

Joſeph LXXIX. Patriarcha ex linea Lucæ,hac tempeſtate creditur na-
ıs, anno Mathathiæ 24. *Lucæ 3.*

Ptolomeus Evergetes frater Ptolomei Philadelphi III. Ægypti Rex, Ægiptiis regnare cœpit, & regnavit annis 24. *S. Epiph. de pond. & menſ.*

Janne Dux Judæorum LXXX. Patriarc. ex linea Lucæ, hac tempeſtate, reditur natus, anno Patris ſui Joſeph 23. *Luc. 3.*

Eliud XL. Patriarcha ex linea Matthæi, naſcitur anno Patris ſui .chim 57. *F. Franciſcus Xiſtus.*

Ptolomeus Philopatror, filius Ptolomei Evargetes IV. Ægypti Rex ı Alexandria Regnum ſuſcipiens, regnavit annis 21. *S. Epiph.*

Vigeſimumquintum Jubilæum Moſäycum.

Melchi ſenior LXXXI. Patriarc. ex linea Lucæ, hac tempeſtate credi-
ır natus, anno Patris ſui Jannæ 24. *Luc. 3.*

Per idem tempus Onias filius Simeonis Pontificis Maximi claruit, ad ıem Arius Lacedemoniorum Rex Legatos miſit. *Euſeb.*

Ptolomeus Epiphanes, ſive Illuſtris, filius Ptolomei Philopatoris in lexandria Regnum ſuſcipiens, regnavit annis 22., duxitque Uxorem leopatram filiam Antiochi Magni. *S. Epiph. in ſump.*

Liber ſecundus Machabæorum geſta hujus temporis continet. *Euſe-
'us in Chron.*


Per idem tempus Onias magnus Simeonis filius claruit, de quo fit ıentio *lib. 1. Machabæorum cap.* 12.


Antiochus Epiphanes, devicto Ptolomeo Philopatore, etiam Judæam ɔi ſubjecit, ac Jeruſalem, & Templum ſpoliavit. *Lib. 1. Machab.*

Eleazar XLI. Patriarcha ex linea Matthæi, naſcitur anno Patris ſui liud 50. *Franciſcus Xiſtus.*

Le-

Digitized by Google





XXXVII.

Digitized by Google

3314 *Levi* LXXXII. Patriarcha ex linea Lucæ,hac tempeſtate probabiliter creditur natus, anno Patris ſui Melchi 32. *Luc.* 3.

3315 Ptolomeus filius ſenior Ptolomei Epiphanis, & Cleopatræ in Alexandria Regnum ſuſcipiens, regnavit annis 35. *S. Clem. Alexandr. lib.* 1. *Strom.*

3319 Antiochus Epiphanes, ſive Illuſtris VIII. Rex Syriæ filius Antiochi Magni, hoc anno Regnum ſuſcipiens regnavit an. 12. *l.*1. *Mac. c.*1. *&* 6.

3827 Antiochus Illuſtris totam Jeruſalem Civitatem deprędatus eſt, Templum prophanavit, Martyrio effecit Eleazarum unum deprimoribus Scribarum, virum Sanctum, ætate provectum; Martires quoque fecit ſeptem Fratres Machabęos una cum Matre *l.*2. *Mac. cap.*5. 6. & 7.

Hoc tempore benigniſſimus Dominus ſuſcitavit præſtantiſſimos Hebræos, & Reipublicæ Duces, qui Aſſamonæi, ac Machabæi denominati fuerunt, quorum primus extitit Mathathias. *Lib.* 1. *Macab. cap.* 2.

3828 Judas, qui vocabatur Machabæus filius Mathathiæ Judęorum Sacerdotis, poſt Patrem gubernationem Populi ſuſcipiens, rexit annis 6. *Lib.* 1. *Machab. cap.* 2., *&* 9.

Macedonum Regnum defecit in Perſeo ultimo Rege. *Euſebius in Chron.*

3830 Vigeſimumſextum Jubilæum Moſaycum.

Judas Macabæus Templum Jeroſolimitanum a ſordibus Idolorum purgavit. *Lib.* 1. *Machab. c.*4. *v.* 36., *& ſeq.*

3831 Antiochus Epiphanes, ſive Illuſtris moritur. *Lib.* 1. *Macab. cap.* 4. *v.* 16.

Antiochus Epator filius Antiochi Illuſtris IX. Rex Syriæ poſt mortem Patris Regnum ſuſcipiens, regnavit annis 2. *Lib.* 1. *Macab.* 13.

3833 Onias filius Oniæ Pontificis obtinuit a Rege Ptolomeo Philopatore facultatem ædificandi Templum celeberrimum in Provincia Eliopolitana Ægypti. *Corn. a Lap. in comm. lib. Machab.*

Demetrius Sother, Seleuci Philopatoris filius, ac nepos Antiochi Magni X. Rex Syriæ cœpit regnare, & regnavit annis 11. *Joſeph lib.* 13. *Antiq. cap.* 3.

Judas gladium aureum a S. Jeremia accepit. *Lib.* 1. *Machab. cap.* 7.

3834 Judæ Machabęi glorioſa mors. *Lib.* 1. *Macab. cap.* 9.

Jonathas Mathathiæ filius, fraterque Judæ Machabæi cœpit regimen exercitus, & rexit annis 18. *Lib.* 1. *Machab. cap.* 9., *&* 13.

Mathan Panter XLII. Patriarcha ex linea Matthęi naſcitur in Bethlem, anno Patris ſui Eleazar 24. *Tornel.* 6. *Mundi ætate.*

3849 Scipio magni Scipionis nepos, omni virtute apud Romanos pręclarus, Conſul factus Africa ſibi decreta, cum Carthaginem ſex continuis diebus, ac noctibus oppugnaſſet, tandem illam ad ſuam ditionem traxit. *Euſeb. in Chron.*

3850 Ptolomeus Evergetes filius Ptolomei Epiphanis VII. Rex Ægypti Regnum ſuſcipiens, regnavit annis 29. *S. Epiph.*

3852 Simeon Mathathiæ filius, fraterque Judæ Machabęi, Judęorum Dux pariter, & Pontifex regimen ſuſcipiens, rexit annis 7. *Lib.* 1. *Machab. cap.* 5. *v.* 16.

3859 Hoc anno Simeon Pontifex cum dolo a Ptolomeo filio Abobi occiſus eſt, in eoque terminavit hiſtoria totius veteris Teſtamenti. *Euſeb.*

Hyrcanus Simeonis Machabęi filius, cui proprium nomen Joanne

erat, Patre defuncto Judęorum Dux, & Pontifex conſtitutus, rexit annis 31. *Joſeph lib. 3. Antiq.*

3871 *Jacob Barpanter* XLIII. Patriarcha ex linea Matthęi naſcitur in Bethlem, anno Patris ſui Mathan Panter 37. *Tornel. 6. Mundi ætate*.

3874 Stolanus qui, & Gazirus Pater S. Annæ Matris B. Virginis Mariæ, ac frater Jacob, hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Mathan 40. *Aur.*

3878 *Mathat* qui, & *Melchi* LXXXIII. Patriarcha ex linea Lucæ, hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Levi 64. *Luc. 3.*

3879 Ptolomeus Lathurus, qui & Sother, & Phiſcon filius Ptolomei Evergetis, hoc anno regnare cœpit, & regnavit annis 25. *Cęleſt. 6. Mundi ætate*.

3880 Vigeſimumſeptimum Jubilęum Judæorum.

3890 Ariſtobolus Hyrcani Judæorum Pontifex filius Principatum apud Judæos tenens, regnavit tantummodo uno anno. *Euſeb. in Chron.*

Per idem tempus Rhodo Terremotu concuſſa Coloſſus ruit. *Euſeb.* Marcus Tullius Cicero naſcitur Arpini, Matre Helvia, Patre Equeſtris Ordinis ex regio Volſchorum genere. *Euſebius*.

3891 Jannęus, cognomento Alexander, prędicti Ariſtoboli fratre, eo defuncto, apud Judæos Pontificatum, & Regnum ſuſcipiens, regnavit annis 27. *Euſebius*.

S. Emerentiana Mater S. Annæ, hac tempeſtate probabiliter creditur nata, de Tribu Juda, & Davidica Stirpe. *Auriemma*.

3902 Regnum Syriæ defecit ſub Philippo ultimo Seleucidarum Rege a Gabino Conſule Romano capto. *Euſebius*.

3904 Ptolomeus, qui & Dionyſius filius Lathuri IX. Rex Ægypti, hoc anno in Alexandria Regnum ſuſcepit, & regnavit annis 30. *Gord.*

Mathan Patriarcha Pater Jacob, & Stolani moritur ætatis ſuæ anno 60., & Eſtha Vidua nupſit Mathat, ſeu Melchi ex linea Lucæ, ex quo ſuſcepit Heli. *S. Hieron.*

3905 *Heli* Pater legalis S. Joſephi, ex linea Lucæ LXXXIV. Patriarc. hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Mathat 27., & Matris ſuæ Eſthæ 45., fuit enim frater Uterinus Jacob, & Stolani. *S. Hieron.*

Apranus Sacerdos ex genere Levitico, Sponſus Iſmeriæ ſororis S. Annæ, Avus S. Joannis Baptiſtæ, hac tempeſtate creditur natus. *Auriem.*

3909 S. Anna Propheteſſa filia Phanuel de Tribu Aſſer, hoc anno, qui eſt 84. ante Chriſti Nativitatem, juxta Lucæ Evangelium, naſcitur.

3914 S. Joachim Pater B. Mariæ Virginis, Sponſuſque S. Annę, naſcitur Nazareth anno Patris ſui Jacob 38., qui, & Barpanter appellabatur, ideſt filius Panter, quo cognomine dicebatur Mathan. *Auriem.*

3916 S. Cleophas, qui & Alpheus, hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Jacob 40. *Auriem.*

3918 S. Anna Mater B. Virginis Marię, Sponſaque S. Joachim, naſcitur Feria 3. die 22. Martii, anno Patris ſui Stolani 34. *Auriem.*

3919 S. Iſmeria, quę, & Soba Soror S. Annę, his temporibus creditur nata, anno Patris ſui Stolani 35. *Auriem.*, *& S. Hypolitus M.*

Alexandra, quę, & Salina Uxor Jannęi Alexandri Regis Judęorum, hac tempeſtate regnare cœpit octavo loco, & regnavit annis 9. *Joſeph lib. 13. Antiq.*

3924 Virgilius Maro Poetarum Princeps in Pago, qui Adex dicitur, haud procul a Mantua naſcitur. *Euſeb. in Chron.*

Ari-

3927 Ariſtobolus filius junior Jannęi Alexandri poſt mortem Matris Hyrcano fratre ſeniore, excluſo Pontificatum, nono loco ſuſcepit, & rexit annis tres. *Corn. a Lapide Com. in lib. Machab.*

3929 S. Zacharias Sacerdos, ex genere Levitico, hoc anno probabiliter creditur natus.

3930 Vigeſimumoctavum Jubilęum Moſaycum.

Hyrcanus, & Ariſtobolus filii Alexandrę contra ſe de Imperio dimicantes occaſionem prębuere Romanis, ut Judęam invaderent. Quare Pompeus Jeroſolymam veniens cœpit Urbem, & confirmavit Hyrcanum in Pontificatu, Ariſtobolum cum filiis captivum Romam adduxit, Judęam fecit Romanis tributariam, eiſque Procuratorem conſtituit Antipatrum Herodis Aſcalonitę Patrem. *Euſeb. in Chron.*

3931 Maria, quę poſtea Uxor fuit S. Cleophę, hac tempeſtate creditur nata. *P. Auriem.*

3932 Iſmeria nupſit Aphrano, anno ętatis ſuę 13. *D. Auguſt. ſerm. 25.*

3933 S. Eliſabeth hac tempeſtate creditur nata, anno Patris ſui Aphrani 28. Matris verò Iſmerię 14.

3934 Cleopatra hujus nominis Regnumque Ægypti poſtrema Ptolomei Alvetis filia, hoc anno Ægyptiis regnare cœpit, & regnavit annis 32. *S. Epiph. lib. de pond., & menſ.*

3935 Eliud frater S. Eliſabeth, hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Aphrani 31.

Heli frater uterinus Jacob, anno ętatis ſuę 40. moritur ſine Liberis, poſtque ejus mortem Jacob frater uterinus, juxta Legis mandatum, de ſuſcitando ſemine, accepit ejus Uxorem, eaque genuit Jacob virum Marię.

3945 Cajus Julius Cæſar undique compoſitis civilibus bellis, ſolus Urbis, & Orbis Monarchiam tenuit, Romaniſque imperare cœpit, & quatuor imperavit annis, & menſibus 7. *Euſeb. in Chron.*

3947 S. Joſeph Sponſus Deiparæ, Paterque Putativus Chriſti, XLIV. Patriarcha ex aurea Matthæi catena naſcitur in Bethlehem, anno Patris ſui Jacob 76.

S. Maria nupſit Cleophæ in Bethlehem, anno ætatis ſuæ 16.

S. Eliſabeth attingens anno 15., data eſt in Uxorem S. Sacerdoti, Zachariæ, ex quo in ſenectute habuit S. Joannem Baptiſtam Præcurſorem Domini.

3950 Inceptio anni Juliani, quo Julius Cæſar reformavit Kalendarium, quæ reformatio fuit vitæ, & Regni ſui penultima; anno enim ſequenti occiſus, ſucceſſorem habuit Octavianum Cæſarem Auguſtum. *Corn. a Lap.*

3951 Cajus Cæſar Auguſtus cum contra morem Romanæ libertatis honores ex ſua liberalitate præſtaret, qui a Populo antea mandabantur, nec Senatui ad ſe venienti non aſſurgeret, in ipſum Romani conjurarunt, eumque interfecerunt *Euſeb. in Chron.*

Per idem tempus Caſſius Judæa capta ſpoliavit Templum *Euſeb.*

Octavianus Cęſar Auguſtus, ſecundus Romanorum Imperator, Romanis anno ætatis ſuæ 19. imperare cæpit, & imperavit ann. 57.

3952 Auguſto regnante Sibyla Tiburtina in Italia floruit.

S. Zebedeus, qui & Ariſtobolus Pater S. Joannis Apoſtoli, & Evangeliſtæ, ac S. Jacobi Majoris Apoſt. in exordio Imperii Octaviani creditur probabiliter natus de Tribu Juda.

Sa-

Salome hac tempeſtate Octaviani Auguſti creditur nata, anno Patris ſui Cleophæ 26., Matris ſuæ Mariæ 21.

953 Auguſtus Triumviratum iniit cum Marco Emilio Lepido, & Marco Antonio, qui tres in Romana Republica per duodecim annos continuo coregnarunt. *P. Franc. Petron.*

955 Anno ab Urbe condita 714. Domitio, & Polione Conſulibus Hærodes a Senatu Rex Judæorum conſtitutus eſt.

960 S. Jacobus Minor Apoſtolus, & primus Epiſcopus Jeroſolymitanus naſcitur anno Patris ſui 44. Matris verò Mariæ 29.

961 S. Joſeph Juſtus, qui & Barſabas frater S. Jacobi minoris hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Cleophæ 45., Matris 30.

963 S. Maria Cleophæ filia, Soror S. Jacobi Min. hoc anno creditur nata anno Patris ſui 48., Matris verò 31.

964 Hyrcanus poſtremus Judæorum Pontifex, cum 80. annum ageret ab Hærode Rege interfectus, poſt cujus mortem Hærodes a Romanis Regnum ſuſcipiens regnavit annis 37. *Joſeph l. 15. c.9.*

965 Octavianus Auguſtus, victo Antonio, ſolus Regnum potitus eſt, Triumviratu converſo in Monarchiam. *Euſeb. l.1. Eccl. Hiſt.c.5.*

966 Hac tempeſtate Cleopatra ultima Regina Ægypti, anno ſui Imper 32. ab Octaviano Auguſto ſuperata ſentiens ſe ad triumphum ſervari, admotis aſpidibus ſibi mortem intulit. *Clem. Alex. l.1. ſtrom.*

969 Salome Conſobrina SanctiſſimæVirginis Mariæ hiſce temporibus ætatis ſuæ, anno 17 in conjugium Zebedæo Viro Sanctiſſimo tradita eſt.

970 S. Jacobus Major Apoſtolus, Frater S. Joannis Apoſtoli, & Evangeliſtæ hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Zebedæi 19., Matris verò Salome 18.

978 S.Maria Dei Genitrix futura, *Virgo perpetua* de Tribu Juda, ex radice Jeſse, ac de Stirpe David per lineam Salomonis deducta naſcitur die 8. Septembris feria tertia in aurora, anno Patris ſui Joachim 64., Patris ſuæ Annæ 60. *Bar. App.*

980 Vigeſimumnonum Jubilæum Moſaycum.

981 S. Maria Virgo ætatis ſuæ tres incepto a tribus menſibus, cum ablactata eſſet a S. Joachim, & S. Anna juxta votum ſuum præſentatur in Templo. *Cedren. in compend. Hiſt.*

982 S. Simon Cleophę filius, Frater S. Jacobi Min. Apoſt., annis 11. ante Chriſti nativitatem, juxta traditionem Eccleſiæ, naſcitur anno Patris ſui Cleophæ 66., & Matris ſuæ Mariæ 51.

985 S. Martialis Epiſcopus Lemovicenſis hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Eliud 50. *P. Franc. Petron.*

988 Emyntius Frater S. Martialis hac tempeſtate creditur natus, anno Patris ſui Eliud 52., qui poſtea ex Uxore ſua Mamilia genuit Numentium Virum Rebeccę, Patremque S. Servatii Epiſc.

988 S. Joannes Apoſtolus, & Evangeliſta hoc anno quinto ante Chriſti ortum creditur natus, anno Patris ſui Zebedæi 36., Matris ſuę Salomæ 36.

992 Poſt moram 11. annorum Marię Virginis in Templo continuo a Sanctis Joachim, & Anna, ac Sacerdotibus eam fuiſſe Joſepho deſponſatam, anno ętatis ſuę 14., Sponſi verò 45. *Niceſ. l. 2. c.3. D. Bonavent. in ſuis medit. Cartag. t.2. p.1. l.4. homil.1.*

Annunciatio B. Marię Virginis, & Incarnatio Verbi ęterni diffuſe

nar

narratur a *S. Luca in ſuo Evang. c. 1.* ubi etiam agitur *de Viſitatione ejuſdem ad S. Eliſabeth*.

Nativitas S. Joannis Baptiſtę Pręcurſoris Domini, Prophetę, Apoſtoli Æterni Patris, & Chriſti Martyris hoc quoque anno evenit die 24. Junii ſolſtitio ęſtuali, anno Patris ſui Zacharię 66., Matris ſuę Eliſabeth 59.

3993 Anno Imperii Octaviani Auguſti 42., toto Orbe in pace Compoſito, & inchoante Sexta Mundi ętate JESUS Chriſtus ęternus Deus, ęternique Patris Filius, de Spiritu Sancto conceptus, novemque poſt conceptionem decurſis menſibus, in Bethlehem Judę naſcitur ex Maria Virgine factus Homo die 25. Decembris.

Die 8. poſt ſuam Nativitatem, quæ fuit prima Januarii, voluit circumcidi.

Die 6. Januarii, 13. a ſua Nativitate in ſtabulo cum muneribus adoratur à Magis, timetur a malis. *Matth. 2.*

Quadrageſima die a Virgineo Partu, ideſt poſtquam impleti ſunt dies Purificationis Marię ſecundum legem Moyſi, ideoque 2. Februarii Virgo Sanctiſſima, ante Partum, in Partu, & poſt Partum puriſſima, Filium ſuum Jeroſolmis in Templo præſentavit.

Angeli monitu, Jeſus Chriſtus a S. Joſeph, & Virgine Maria defertur in Ægyptum, cujus Simulacra corruerunt a facie ejus.

Herode mortuo, anno Regni ſui 37., aliis ejus fautoribus, Chriſtus ætatis ſuæ anno 9., die 7. Januarii, monente Angelo, regreditur ex Ægypto in Galilæam, ac Nazareth.

Jeſus annum agens 12. cum Parentibus ad diem feſtum celebrandum Jeroſolymam petiit; ibique in Templo, dum inter Sacræ Legis Doctores nexus indiſſolubiles ſolveret, admirandæ indolis Puer creditus eſt.

Parentes indè abeuntes, cum Puerum in veſperis ſequi non viderent, ſolicitudine pleni ad Templum redierunt: ibique poſt tres dies inter Doctores eos audientem, illoſque interrogantem invenerunt: a quibus admonitus, cum eis in Patriam reverſus eſt, ac deinceps illis ſubditus fuit uſque ad trigeſimum ætatis ſuæ annum.

Expletis 30. annis, ac 13. diebus, a Joanne in Jordane baptizari voluit, ubi de Cœlo Pater intonuit: *Hic eſt Filius meus Dilectus, in quo mihi benè complacui*, ac Spiritus Sanctus in Columbæ ſpecie ſuper eum manſit.

Poſtquam Jeſus baptizatus fuit, idem Sanctus Spiritus duxit eum in Deſertum, ibique fuit 40. diebus, & 40. noctibus jejunans, & cum beſtiis habitans, tandemque eſuriens, ac Satana ter ſuperato, acceſſerunt Angeli, illi miniſtrantes.

Reverſus in Galilæam cępit prædicare Evangelium Regni Dei, vocavit poſt ſe Diſcipulos, ſolicitum ſe oſtendens de humana ſalute.

Anno 31. exacto Jeſus, ut ſuam abſconderet Divinitatem, primùm in Cana Galilææ, Matre pręſente, ac interpellante coram Diſcipulis, aquas in vinum optimum convertit.

Indeque, ut opus Patris perficeret ſacro ſuſcepto Diſcipulorum conſortio, Judęam, Samariam, Galilęam, & Pheniciam circuens in Templo, & Synagogis ſuam cœleſtem doctrinam pręd icavit, miraculiſque innumeris confirmavit, apertè prębens experimentum ſuę abſconditę Deitatis.

Anno 32. completo Vitæ Chriſti prope Paſchale Tempus S. Joannes

Digitized by Google

Baptiſta ętatis ſuę, anno 32. cum dimidio ab Herode Antypa ad petitionem Saltatricis filię Herodiadis adulterę, in Caſtro Machero decollatus eſt.

Anno 33. expleto Jeſus Chriſtus Menſe Martii propè tempus quartę Paſchatis Sacerdotum invidiâ, cum corpus ſuum tàm pręſentibus, quàm futuris exibuiſſet in cibum, & ſanguinem in potum a Juda Iſchariote venditur, & captus, in multis accuſatus fuit falsò.

Tandem juſſu Pręſidis, virgis cęditur, corona Spinea coronatur, colaphis, ſputiſque deturpatur, ac tanquam latro perditiſſimus inter duos Latrones Cruci affigitur ſub die 25. Martii feria 6. & moritur, Divinitate nec à Corpore, nec ab Animâ ſeparatâ.

Ut autem emiſit Spiritum, Anima ejus deſcendit ad Inferorum locum, qui Sanctorum Patrum Limbus dicitur.

In iſtanti illius mortis velum Templi ſciſſum eſt in duas partes a ſummo uſque deorſum, & Terra tota tremuit, Petręque ſciſſę ſunt, ac Monumenta aperta, & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, cum Chriſto poſtea ſurrexerunt.

Per idem tempus Longinus Miles, qui parum videbat demortui Chriſti pectus Lancea perforavit, & Sanguis cum Aqua mixtus exivit.

Poſtmodum permiſſu Pilati Joſeph ab Arimathæa, & Nicomedus corpus JESU de Cruce depoſuerunt, & ſepelierunt.

Poſt diem tertium, Dominicâ die JESUS glorioſus a Mortuis reſurrexit, & ſuis Diſcipulis in multis argumentis ſe vivum, per dies quadraginta apparens ei, & loquens de regno Dei.

Expletiſque quadraginta diebus a ſua Reſurrectione, feria quinta cum Diſcipulis in Cœnaculo Sion conveſcens aperuit ei ſenſum, ut intelligerent Scripturas, & juſſit a Jeroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionem Patris.

A menſa diſcedens, eos ad Montem Oliveti duxit, ibi elevatis manibus benedixit eis, & ipſo meridie, illis videntibus, propria virtute elevatus eſt in Cœlum, & Nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.

Cum complerentur dies Pentecoſtes, ideſt quinquaginta dies ab ejus Reſurrectione, facto de repente ſonu de Cœlo, tanquam advenientis Spiritus vehementis, lux replevit totam domum, ubi erant Diſcipuli ſedentes.

Et apparuerunt illis diſpartitæ linguæ, tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum, & repleti ſunt omnes Spiritu Sancto. Quo illuſtrati ſuſceperunt bellum adverſus Principem Tenebrarum, quæ per Chriſti Sanguinem ſuperantes, ipſum in Cœleſtem Patriam ſecuti ſunt.

LAUS DEO.

Digitized by Google

Digitized by Google